

40 Cod. ms.

650

Nihil sine Deo et ratione sufficiente

Ms. Vno 650 in H^o

*Symb. Anomast.
Liberaturi Vulnere Verbera Considera*




75 Lll.

*Sum
in Gastmar
Wormundicus
15 y 20 y 25 y*


Comentariolus
in l. Alexandr. Gottlibii Metaphysicam Baum-
gartenii a Georg. Andrea Willio P. D. et C. L.
substratus.



1a



15



§. I.
I. Metaphysica.

Aristoteles, praceptor Alexan
dri, imperator huius regis
multas persecutus est regia
nes. Quo in itinere multa
experimenta naturae fecit,
scriptisq; domum reveniens
Physicam. Perspiciens autem
librum suum sine cognitione
universali et abstracta, pro
iusto intelligi non posse,
confecit ergo libros meta
ta quod ta.

Auctor huius vocis in numero lib
singulari q; Scientia quadam usurpa
tae non est Aristoteles, ut iam dudum ob
servarunt eruditi, sed unus e Stagyr
tae discipulis, de cuius nomine tris adhuc
pendet. Reliquit autem Aristoteles 14 li
bros, qui inscripti sunt ta meta ta quod
ta ta. Dissentiunt interpretes in expli
canda vocula meta: nonnulli signifi
catum post nonnulli supra, alii vero
trans ipsi tribuere.

§. Tu meta ta
quod ta quod ta.
i. e. metaphysicorum
libri ta ta ta

1. post: quia post physicam demum in
uenta creduntur ea, quae in libris ta
meta quod ta Aristotelis pertractantur.
Alii vero ita inscriptos esse hos libros con
tendunt, quia in meta quod ta eiusmodi
notiones occurrunt, quae sunt

- 2. supra naturalia, sensibus non obvia
abstracta, seu quod fere idem est, quae sunt
- 3. trans sensus et imaginationem, quae
superiora et universalia, seu quae trans
cedunt sensus nostros.

Obs: 1. Hinc vides quid sibi velit transcen
dentale.

Obs: 2.

a

Obser: 2 Melius dicitur metaphysica, et
quam metaphysica, cae. Posteriori
modo dicitur idiotis et dicta est illi,
qui post Aristotelem hanc Scientiam
non intellexere, et in ruinam quasi
miserere. Pastor quidam Germaniq; eo
simplicitatis cessit, ut non dubitave-
rit metaphysicam derivare ex Latino
meta d. grul et physica, quasi esset
scopus vel meta physica.

3. Et videtur hanc Scientiam suscitant
Bartheleus, et post eum Veibnit, et Wolf.
Scientia. Scientiae nomen cum metaphysica
induimus, per illam subjective cognitionem
certam ex certis, seu habitu demonstrandi, 2.)
Objective complexum propositionum demonstra-
tarum intelligimus: nostra etiam metaphy-
sica ex certis cognoscenda erit, certa forma, hinc
metodo Scientifica et mathematica proponi so-
let.

Tria principiorum genera
Phil. Scholast. posuerunt.
1) Princ. Gen. 2) Princ.
Spec. 3) Princ. Cogniti-

principiorum. Principia cognitionis intelli-
ge, quae sunt propositiones continentes ratio-
nem veritatis altrium propositionum q. 8 et 7.
311.

Prima dicuntur, si non spectantur ut prin-
cipiata, seu rationem sui in altero non habentia.
Principium, quod plane nullam rationem
in altero habet est absolute primum: si vero
ratione huius vel istius cognitionis, seu demon-
strationis, seu veritatum seriei, non est principia-
tum, i.e. principio non amplius indiget, et est prin-
cipium relative primum.

Obs: 1. Principium cognitionis absolute primum
est unicum.

Obs: 2. Principia relative prima sunt innumera.

Obs: 3. Inter principia relative prima, dantur prio-
ra et posteriora.

Obs: 4. Metaphysica accuratius definitur, per
Scientiam quae continet prima cognitio-
nis

nis Sumanae principia, quam per scientiam principiorum. Nec est aut definitio per metaphys. Editionis 1743 in oratione Nicolai Tauco nosse mutare debuerit.

Obs. 5. Utraq; hic principia intelligi debent, absolute nimirum et respectu prima. Notetur distinctio inter principia essendi, fieri, et quod primum occupat locum, et noscendi.

humana. Nota non superflua: non enim de cognitione Angelorum aut entis infiniti loquimur.

Cognitione quae et quahiscunq; Sumana tamen sit §. 515.

Consectaria ex def. Metaph. Fluunt Sequentia

1. §. in Metaphysica requiritur cognitio philosophica, non historica et exclusiva talis
2. Ergo in ea praemittuntur principia indubitata
3. §. non admittuntur principia praecaria, praecia, dicitur hypothesea
4. §. veritates Metaphysicae sunt foecundissimae, nobilissimae, universabilissimae, aeternae
5. §. nullibi magis cavendum ab errore, quam in Metaphysica.
6. §. Metaphysicus habet cognitionem utilissimam et solidissimam
7. §. sine Metaphysica non datur certitudo.
8. §. est praec reliquis scientiis discenda et commendanda.

His adde

1. §. ex his principis ita deduc. debent conclusiones, ut pateat consequentia et baronum, seu formale demonstratio.
2. §. Singula, accurate demonstrari debent
3. §. Metaphysica, in qua ex principis incertis praecariis, et praeciuudiciis demonstratur est spuria.

4. §.

Quidam enim, principium contradictionis corrodentes, dicunt: in deo quoque in actionibus suis ad p. m. cont. respiciet. & speraverunt, nos solo capere, quae cum resp. p. m. respondeamus. Omnia autem obiecta veritatis est. Metaph. est enim prius humanae cognitionis in h. dicitur.

4. ξ . Metaphysica humana augmenti capax est.
 5. ξ . Cui remdeducere ex principiis primis, fit
 Metaphysicud.
 6. ξ . Errores Metaphysici: Sunt maxime periculosi;
 sed non facile cuiquam imputandi. e.g. error Spi-
 nozae, Naturalismus, Atheismus, Materialismus,
 Fatalismus, praedestimonialismus etc.
 7. Si veritates metaphysicae sunt incertae, nulla
 omnium hominum dabitur scientia.
 8. Nulla pars philosophiae sine metaphysica solide
 tractari potest.

Obs. ad fin. ξ p. 1. Cuius plura, nobiliora, et foer,
 candidiora principia continent metaphysica, quo
 clarius distinctius certius et aduentius cog-
 noscentur, eo perfectior est metaphysica.

hinc materia

illinc forma

§. 2.

Quae disciplinae ad metaphysicam referendae?
 Cuius metaphysica est scientia principiorum cog-
 nitionis humanae: omnis autem nostra cognitio
 versatur vel circa ens infinitum quod Deus est
 unde.

1. Theologia Naturalis, vel circa ens finita.
 Haec sunt vel simplicia vel composita, simplicia
 potiora sunt animae et spiritus hinc
2. Psychologia et Pneumatologia. Extra compo-
 sita seu corpora tractantur quidem in physica;
 sed quae de corporibus et mundo corporeo in ge-
 nere, item de partibus corporum etc. dici possunt,
 ante praemittuntur in Metaphysica, hinc
3. Cosmologia. Et quia tandem omnia, quae sunt
 et cogitari possunt in quibusdam praedicatis
 conveniunt, oritur.
4. Ontologia, seu scientia praedicatorum ge-
 neralium. Hinc discrimen partium Meta-
 physicae adaequatum esse patet.

Obs: 1. Numerus partium Metaphysicarum non
 semper idem fuit, nec nunc necessarius quatuor

† quoniam Aristoteles
fuit primus

numerantur. Olim, aut sola Ontologia, aut haec
cum Theologia Naturae totam absolvebat Meta-
physicam. Recentiorum patet adiderant Psycho-
logiam donec L. D. de Wolf Cosmologiam adiecit.
Obs. 2. Monadologia, Somatologia, Semiotica, Hec-
menentica etc. non sunt novae partes Metaphy-
sices, sed specialiores unius alteriusve partis
doctrinae.

Obs. 3. Quaequam autem Ontolog. Cosmol. Psychol.
et Theol. Naturae, omnium ad Metaph. referatur
§ 5. coll. 52. 502. 866: potest tamen ei, et alia ad
huc nova disciplina accedere, eo Math. universali.

II. Quo ordine pertractandae?

Ordo in tractandis partibus Metaphysicis, maxime
naturae est, et huiusmodi methodi philosophicae quae
ea praemittenda docet, quae subsequentibus intell.
generis subseruiunt seu inferuiunt, convenientiss.
mus, quem Auctor noster sequitur.

Mr. Wolfius et Dodminus praemisserunt Cosmolo-
giae Psychologiam, ut ita intellectus in Ontologia ab-
tradendo quasi defatigatus iucunda quiete se re-
fovellare possit. * empiricam.

§. 5.

I. Discrimen inter Metaphysicam naturalem et
artificialem.

Quae nulla datur Scientia, seu disciplina huma-
na, quae non ex usu solo abriquantur nobis cognita
sit: eo. Logica, Poetica, Arithmetica Astronomica; ita
quoque datur Metaphysica Naturalis, quae est
1) Cognitio quae quibus, non Scientia
2) Verum non veritatum universalium
3) Solo usu acquisita seu per experientias immedia-
tas saepius occurrentes, et usum facultatis nostrae
cognoscitivae vulgarem saepius iteratam
sine studio et cura nostra peculiari acquisi-
ta, ergo non connata.

Obs.

Naturale opponitur
1) Supernaturali,
2) Artificiali
(11)

- Obj. 1. Naturale sic non opponitur Supernaturali;
Sed artificiali.
2. Metaphysica Natur. et Empirica differunt.
3. Metaphysica Natur. et artificialis sibi
non contradicunt sed differunt ut minus
et maius inferius et superius, strictius
et latius.

II. Ufus Metaphysices Generalis.

Utilis est metaphysica Nat. artificiali, et haec vice
versa illi

ad evolutionem 3. § 559. In mundo est evolutio
perpetua et omniuersalis; principium evolutiois
e.g. ideae, quas in Nat. metaph. habemus, obscuras,
evoluuntur, ut sunt: tempus spatium etc.

determinationem scilicet accuratorem. Propo-
sitiones, quas in Metaph. Nat. habemus vagas, de-
terminantur, fiuntur verae et certae sicut.
e.g. Deus permisit malum, et tamen non est in culpa.

conceptionem Prop. concipit & distincte representat,
continuati onem. Continuat Propositi o, si q-
pius accedit ad prima, et absolute primam, prin-
cipia, quae in Metaphysica continentur. e.g. si quis
Metaphysicae ignarus, ex solo usu et uniuersali-
ne, argumenta quae didicit ad vbandam de: exij,
tentam offert, nescit tamen ordinem et metho-
dam ea exponendi, nescit rationes nouis ratio-
nibus confirmare, nec ita veritatem suarum
consciens est, ut nulla remaneat formido opposi-
tione.

Porro utilis est

1. Ob Methodum aliorum errores accuratius solidius
ne refutandi.
2. Ob infirmiores usum prae nat. in singulis fa-
cultatibus. I. ob infirmos usum in omnibus facultatibus.
3. Ob maiorem sibi ab erroribus cauendi facultatem.
4. Ob pleniorum, patentiorum, de Deo, anima et
mundo conceptionem.

Ufus

Usus Metaph. Specialis.

Est itaq; utilis

α) Eruditis in genere.

1. q. debent definire et genera rer. occurrunt in Metaph.
2. quia debent demonstrare, et praemissae seu praeiudicia demonstrationis latent in Metaphysica.
3. quia debent liberari a superstitione et praeviciniis plebis, quod fit per Metaphysicam
4. debent prae coeteris hominibus sui ipsius cognitionem, quod praestat Psychologia.
5. debent accuratorem cognitionem de Deo, mundo, et anima, tamq. primariis cognitionis obiectis habere.

β) Eruditis in specie.

1. Theologo

a) in Theologia Dogmatica physicos.

1. propter terminos technicos et Canones Meta,

2. propter articulos mixtos

3. propter probationem necessitatis et exteriori revelationis Supernaturalis, et auctoritatis Scripturae Sacrae.

4. propter dogmata de existentia et affectionibus Dei, de miraculis.

b) in Theologia Polemica

1. ad disputandum cum adversariis Metaphysicis.

2. ad refellendos Atheos, Naturalistas, Calvinianos, Socinianos etc.

c) in Theologia morali.

1. ad determinandum discrimen naturae et gratiae.

2. ad facilitanda multa officia et motiva.

2. Luxis consulto

a. quatenus Luxi Natura, Sociali, Oeconomico, Politicae studere debet quae omnes scientiae principia sua ex Metaphysica emanant.

b. ad rationem et spiritum Legum cognoscendam.

c. quia multae et plurimae Regulae Luxis sicut scripte sic dictae, vel sunt canones metaphysici vel immediate ex iis deducuntur.

G. Me

3. Medico.

- a.) quatenus Metaphysica principia prima et immediata Physica suppeditat.
- b.) quia dantur morbi animae et in ipsa praxi Clinica multa ex influxu animae in corpus et vice versa explicanda et determinanda occurrunt.

Obiicitur Metaphysicae

- 1.) Obscuritas, vel absoluta, et negatur minor vel relativa, et negatur maior.
- 2.) abstractio, in qua scientia abstrahitur, illa est reicienda §. 6. Negatur maior: vel si placet adversario, in damnum eius concedenda. Abstrahere enim est dominari a bestia distinguere. v. Abstractio nos distinguit a brutis.
- 3.) inutilitas, vel absoluta, et negatur minor, vel relativa, et negatur maior. §. 576.
- 4.) Siccitas, negatur maior et minor §. 581.
- 5.) Subtilitas, negatur maior. Subtilia pulchra tui veritates subtiles non penetrat, est caput stupidum et obtusum §. 576. 578.
- 6.) Speculatio, §. 669. Distinguitur inter veritates speculativas practicas praemittendas, et mere speculativas, et negatur vel maior vel minor.
- 7.) Barbaries linguae Latinae. Sed contrarium vobant Baumister Ern. Schubertus, etc. De Scholasticorum Metaphysica quidem conceditur, quod praeter terminos nihil significantes, quibus spiritus adhaerebat notio, et obscuram farraginem terminorum: haecceitatur, equitatum lapideitatum etc. | a quibus non poterat non aborrere auribus castae Latinitatis assueta, magnum et splendorem nihil dabuerit. Vid. Erasmi in encomio Moriae, et in Coll. pass. Item Epist. Obscuror.
- 8.) Fructus, ut Scepticismus, atheismus, naturalismus, Superbia, pruritus demonstratio, pedantismus philosophicus etc. §. Absus non tollit usum. Distingue inter id, quod ex Metaphysica per se, et per accidens nascitur et verba vel maiorem vel minorem.

PA. S. I.

PARS I. ONTOLOGIA
Prolegomena

§. 4

Praedicatorum. siue illorum, quae de re quadam vel affirmari vel negari possunt.

Nota ipsius Baumgart.

generaliorum. non generalissimorum, seu uniuersalissimorum. Occurrunt enim in Ontologia etiam praedicata Entis disiunctiua, non generalium, quia haec sunt etiam in aliis scientiis. Et haec pertinent praedicata generis entium summi, et exime hoc excipientium entium superiorum.

- Obj: 1. Ontologia non est lexicon philosophicum vel barbarum ut dicit Gerdesius
- 2) Usus et perfectio Metaphysicæ, est etiam usus et perfectio Ontologiae.
- 3) Quomodo se Metaphysica ad alias scientias, sic se habet Ontologia ad Metaphysicam.

Cons: 1. Ontologia igitur non de specialibus entibus praedicatur, sed quo generaliora sunt, eo maiori in re ad Ontologiam pertinent.

Cons: 2. Entes in Ontologia occurrunt, ad omnia applicari posse necesse est.

Cons: 3. Ontologia diuidi potest in Naturalem et artificialem §. 5.

§. 5

Praedicata generaliora sunt praemissa omnium rationum. Et principia prima Ontologia uice ad Metaphysicam refertur.

Obj: Principium primum, a primo cognito distinguendum est, quale est illud Cartesianum: cogito, ergo sum, est primum cognitum non primum principium.

CAPI. I. Sectio I.
Possibile

§. 7.

b

Principii, quod hoc Spho opponitur, notetur.

I. Sensus. A nonnullis hoc modo opponitur: impossibile est simul esse et non esse. Fieri non potest ut idem simul sit et non sit. hic nosse auctor ponit: nihil est A et non A. Observe itaq;

a) Subiectum, quod est nihil negativum distinguendum a nihilo positivo.

§. 54. et Comparativus, quod propter quantitatem multo minorem, comparatum cum aliis, evanescit, seu non amplius cogitatur, in se vero spectatum est aliquid. e.g. guttus aquae relative ad Oceanum, nummus relatus ad 1000 fl. Granum papaveris relatum ad montem.

b) Prædicatum, est A et non A. esse, et non esse quod cum prædicatorum unum tollit, quod ponit aliud.

II. Denominatio. Vocatur 1) principium, quia ex eo aliae, imo omnes veritates deduci possunt et intelligi.

2) Contradictionis, quia sublato eo, nulla erit veritas aperta contradictio.

3) Necessitas si enim ostendo rem esse eius modi, ut aliter constituta contradictionem involvat illius rei eius necessitatem.

4) Aristotelicum, quia ab omnibus fere auctor eius Aristoteles prædicatur; et si Hoffmanno in Comment. de veritatibus nominis plerumq; in iuris, rationis potius ipsius assertor vocari mereatur. Hoc tamen negari nequit quod Aristoteles primus fuerit, qui in disciplinis adhibuit hoc principium, et primo venditavit.

III. Affectio. Est vero hoc principium

1. absolute primum i. e. quod ex nulla oppositione tamquam conclusio deduci potest. Sed quoddam principium cognitiois absolute primum, ex eo enim potest ad propter animae limites non possumus in infinitum cognitione nostra progredi, sed tantum subsistere debeamus. Este autem principium contradictionis absolute primum, ita obamur.

Si hoc principium non esset absolute primum, posset demonstrari. Si posset demonstrari, esset aliqua oppositio

quod contradictionem non inviduit, et fieri potest, licet eius praesentia non adest. E.g. Homo quidam nondum habet liberum, et ergo nihil sunt, habebit autem in posterum. Et eius modi nihilo dicit etiam mundum esse dicitur.

Contendunt quidam, hoc esse primum principium: quod cum ratione convenit, illud est verum, Ita concludentes. Quod cum ratione convenit, illud est verum. Princ. contradict. cum ratione convenit ergo princ. contr. est verum. Dicentes: adest ergo maior, ex quo princ. contr. sequatur. Nunc autem reputari possunt. Simul enim maiorem non credent tunc divergunt. Item dicitur: nihil hac positione certius est, ergo contra: licet certa sit, tamen non abq; contendit falsam esse. Talis illa clamabit, mea est contradictio simul esse verum et falsum. Sed est quod solo, hic enim auctor contendit princ. contr. esse primum.

Ita

ipso principio prior, quae ex natura demonstrationis
vera esse deberet. Effet autem haec propositio praemissa ve-
ra, simul et falsa, vel neutra, quia principium contradi-
ctionis nondum adest, quod absurdum. Et

Obicit Corilius in Libro de intellectu Humano: De quo
ne milleimus homo cogitat, illud non est primum. sed de
hoc principio. Et Imo Feneclianus nostro hoc principio il-
lud prius esse putavit: quid quid cogitare possumus, illud
est verum. Et Distinguebat inter principium primum
obiectivae et subiectivae spectatum.

Obi: In principio, quod primo venditavit Tyrhaianus
in medicina mentis parte li. 26. impossibile est eandem rem
posse simul concipi et non concipi, latere tam principium
contradictionis, nemo non facile intelligit.

2.) Indemonstrabile, licet veritas eius inde possit perspic-

a) quod sit definitio, adeoque propositio identica.

b) repugnat animae nostrae naturae, et vera indicet
contradictoria. A priori tamen illud demonstrari ne-
quit. Si enim supponis hoc principium, committes
circulum: si non supponis propositio tua, ex qua de-
monstrare noluveris, erit vera et falsa simul. Et
Confirmant id veriti conatus Carronius Diff. de prin.
Contr. §. 7. et alior. Nec indignet hoc principium de-
monstratione, cum nemo unquam ne scepticus quis
dem de eo dubitavit.

Obi: An Deus possit demonstrare principium contradictio-
nis, quae est inanis et superflua, nec nostrum esse refert. Metaphy. enim est supra humana

3.) Universale. nunquam dabitur casus, ubi quid simul
esset A et non A vel idem simul et non idem.

Obi: Nonnulli conantur eius universalitatem evertere se-
quenti modo:

Obi: 1. Iudaei statuant, utrumque Rabinorum disputantium, et
contraxerint. Sententiam affirmantium, bene habere. Et
huius demeritae Iudaeos accusant, illorum mentem non
satis perspicunt. Haec enim eorum est sententia, quod do-
mo simplex, qui iuxta auctoritate nititur, bene faciat,
quamcumque sententiam ex illis assumpserit, non vero quod
bene sciat aut quod utraque sententia vera est. Vide
Dissert. Frisgmutij hoc in negotio. Senae 1658.

Obi: 2

quia melius est, rem
quam nisi tam docti
penetrare non poterunt
credere, quia non mi-
nus docti veritatem
evadere non possunt

Obiect: 2. Christiani quoque euertere uidentur cum
suo dogmate de trinitate. Sed non statuerunt Christiani
vnum Deum esse simul tres Deos, sed tres personas
vnum Deum. quod non est contradictio.

Obs: Neque Iudaei, neque Christiani in dogmate de S. S. Tri-
nitate hoc principium euertere. Si vero, qui Lutheri
nos etiam, de praesentia corporis Christi in S. Coena con-
tradictoria statuerent dicunt, et impossibilia, aut appa-
rentem cum vera confundunt impossibilitatem, aut verba
eorum in alterum detorquent sensum.

§ 8

Aliquid. Distinguen dum hoc aliquid, ab eo quod
in commun: vita frequenter occurrit, et in sensu moral:
vel strictior: sumitur. e.g. descendum eminentum aliquid,
vel illud Iuuenalis adde aliquid trencibus gyaris etc. car-
cere dignum.

Possibile. Alii: e.g. Billingslet in Dilucid. p. 8. § 8:
circulus committentes possibile definiunt per id, ad cuius
existentiam praestandam, vires alicuius existentis suffi-
ciunt. Praeterea caue, ne possibile cum quibusdam phi-
losophis Scholasticis habeas non existente, quod ta-
men existere potest. Sic enim existentia, qua talia non
essent possible, quod absurdum. Nonnulli possibile cum
ente in potentia extrema confundunt.

§ 9.

Quia oppositiones identicae simpliciter conuert
possunt: per princ. Copica: E. et non E est nihil.

§ 10

Demonstratio. Omne possibile est vel 1. A: Anima
humana est immaterialis: vel 2. non A: non imma-
terialis: vel 3. utrumque A et non A simul: immateria-
lis et non immaterialis: vel 4. neutrum, non A,
et non non A simul: neque immaterialis, neque non im-
materialis: Iam vero membrum tertium cum idem
sit ceu non A, et A = A et non A ergo contradictor:
um §. 7. Membrum 4^{um} autem impossibile: Ergo
possible est A vel non A.

Nb. Hoc principium est fundamentum omnis demon-
stratio

stra

Qui neutrum assumit, ambo
assumit, ergo contradicit sibi.
Si enim negat A, affirmat
non A, et si negat non A afir-
mat A.

Stratioris apogogicae, et veritatis propositionum dis-
unctiviarum. Vocatur exclusi tertium. A Scholast-

ticis hoc modo enunciatur: inter duo contradic-
toria non datur medium negati omis, nec medium
participationis.

§. 11.

Identitatis quia per hoc principium omne subiectum
est praedicatum sui. e.g. Omnis homo est homo. Demon-
stratio. Omne A est vel A, vel non A. Sive: Omnis ho-
mo, est vel homo, vel non homo. §. 10. Iam ponamus A
esse non A. Sive: hominem non esse hominem, ponemus
contradictorium §. 7. E Omne A, est A. Omnis homo
est homo.

Vocatur hoc principium etiam affirmati omis cer-
titudinis, et est fundamentum omnis demonstra-
tionis ostensivae, omnium propositi onum indemon-
strabilium et definitionum; fons omnis certitudi-
nis: Omne enim dum est, id quod est, non esse, non potest

§. 12.

Posito. Ponitur id, quod affirmatur vel verum iudica-
tur.
videtur videtur quod confusius representatur. Hinc mul-
ta videntur, quae non sunt.

Apparens. Apparentia non confundenda sunt cum
falsis: apparens enim verum esse potest. E . etiam ver-
hoc, de quo loquimur, non debet opponi falso. u. e. latius
patet, quam verum logicum.

Contradictio vera ad veram contradictionem veteres
requirunt

- 1.) Ut habeat TO OVTIO , idem subiectum et praedicatum, sine
ambiguitate intellectum. e.g. per fidem iustificamur
non iustificam
- 2.) Fieri debet KOCTO TO OVTIO , sive, praedicatum frater eo-
dem respectu interno. e.g. Stus fuit omniscius. (respe-
ctu divinae naturae.)
- 3.) Fiat per TPOS TO OVTIO , sive, eodem respectu exter-
no. e.g. Paulus erat impius -- pius. Veram igitur
contradictionem ostensurus, debet, idem de eodem, li-
ne

ne omni ambiguitate simul negari et affirmari.

§. 13.

Latens. Contradictio latet et mediata dicitur, in qua una vel plures intercedunt ~~oppositio~~ oppositioes, donec tandem contradictio pateat. Aut & manifeste, contradictio patet si cognosci potest sine conceptuali analysi et argumentatione. e.g. Deus potest errare. Evidentius concipitur resolvendo. Sunt, quo plura concatenanda rationibus, priusquam contradictio cognoscatur, eo magis latet. hinc patet

1. quo modo latens contrad. commutari possit in patentem et vice versa, patens, in latentem.
2. insignes dari gradus contr. latentis.
3. quo magis patet contrad. eo minus fieri potest confusio verae et apparentis contradicti. omis.

§. 14.

Cognoscibile. (aut cognoscibile ad nostram cognitionem non restringas; in genere enim dicitur, quod sit cognoscibile, seu quod in se cognosci possit.

Ob. Auctoris definitio circulum quibidam admittit, re videtur.

Cur enim & definiendum est, non aliter definire possunt, quam per voculam interrogatiam, ad quam respondendum allegando rationem omne et quod re, quiritur ut dicitur, seu omne id, ex quo aliquid potest cognosci.

Obj. 1.) Ratio sic sumitur Significatu Ontologico & Ontologico non vero Psychologico di. dicitur eorum, et coincidit cum conditione, et hypothesi in logica.

2.) Ratio semper est aliquid, non nihil §. 8.

3.) Etiam si ratio et rationatum differat potest tamen ratio esse in illo ente, quod rationem habet. seu rationata, habeat sua rationata.

4.) Ratio principium, et causa differunt.

5.) Id ex quo cognosci potest, cur aliquid esse possit, Ratio possibilitatis; cur actu existat, ratio existentiae; cur esse debeat, ratio necessitatis, appellatur.

Ratio

Rationatum, seu: quod potest cognosci ex aliquo, vel quod ponitur, posito altero. e.g. Mundus est ratioatum Dei.

Dependens. Strictius aliud sumitur hoc vocabulum, ut id quod dependet, sit effectus alterius, seu non possit existere nisi causatum alterius. Sed ens dependens a dependente in genere discernatur. Hoc significatu ratio: sumitur, quo etiam de Deo predicari potest quod sit dependens, quia est ratioatum sui ipsius. Datur ergo principium dependentiae universalis.

Nexus: est mutua dependentia Ratiois et Ratioati. seu: est relatio rerum ad se invicem, ut cuius unum est ratio alterius.

§. 15.

Spectatur. quod maiori attentione representatur. Hinc: Spectatur, veniunt, veniunt Spectantur, ut ipsae in nexu cum aliis. ut ratio, seu ratio alius, vel utrumque §. 14.

Extra illud ponantur, quae non representantur ut pars seu nota seu determinatio alius cuius.

Spectantur in se. e.g. miracula, si nobis tantum eorum determinationes representamus, nec in nexu rerum cum Deo, etc.

Impossibile in se quod tam citra connexionem cum aliis involvit contradictionem. e.g. quadratus circulus.

possibile in se: quod in se spectatum nullam involvit contradictionem, seu quod representabile est §. 7. e.g. miracula in se sunt possibilis.

§. 16.

etiam, nam accedit tantum haec possibilitas externa ad internam.

cum aliquibus. non opus est ut omne hypothetice possibile, sit etiam possibile in nexu cum omnibus, quae extra illud ponuntur.

possibile hypothetice. alii: quod non tantum in se spectatur, sed etiam collatum cum aliis circumstantiis, nul

nullam inuoluit contradictionem e.g. Cajum flex.
doctum.

Nb. Hypothetica possibilitatis et impossibilitatis, du-
plex species est, physica et moralis.

§. 17.

Non nisi nam possibilitas hypothetica, supponit
tamen possibilitatem internam
aliquo. Nullam hypotheticè impossibile est in omni
nexu impossibile. §. 20. 25.

Obi. Cui praeter absolutam et hypotheticam possi-
bilitatem impossibilitatemque, restat quoddam statu,
ut genus scilicet possibilitatis et impossibilitatis mora-
lis, e.g. Deum mentiri non posse, praeter necessitatem,
nec satis accurate se faciunt. Continetur enim omni
possibilitas impossibilitasue moralis, sub-hypothet-
tica. Omne enim hypotheticè impossibile aut pos-
sibile, consideratur vel respectiue, et est in nexu
cum uerbis naturalibus, et est physice pos. vel im-
possibile, vel in nexu cum legibus, et tunc est moraliter
pos. vel impossibile.

Obi. Classis possibilium non sunt praeter necessitatem
multiplicandae.

SECTIO II Connexum.

§. 19.

Possibile in nexu Connexum, seu rationale, dif-
fert ab hypotheticè possibilis: nam

- 1.) illud est in omni nexu cum omnibus, quae ex-
tra illud ponuntur, possibile esse potest, saltem
non attendimus an in pluribus sit possibile.
- 2.) illud tam locum habet, si aliquid in se spe-
ctatur respectu nexu in ipso ponendi: hoc
in nexu cum aliis, quae extra illud ponuntur
spectatur §. 16. Eadem ratione irrationale differt
ab hypotheticè impossibilis.

§. 20.

Prin

Principium rationis. quod distinguendum est a principio rationis sufficientis §. 22. probatur et confirmatur.

1. Ex principio contradi. ita concludendo:

1.) Si st | omne ens: | non habet rationem, scilicet quity | per aequipollentiam oppositorum: | ut nihil sit ratio st, nihil est ratio. & nihil est ratio, nihil est aliquid, quod absurdum

Si non habet, nihil est eius ratio.

Obiectio: Si putas sic peti principium, et te negantes hoc principium ponere, negas aliquid negas nihil esse rationem, sed aliquid nihil habere rationem, mirifice falleris: nam peccas:

- a) contra oppositionem equipollentiam.
- b) contra principium exclusi tertii.
- c) tacite supponis, si nihil ponitur ratio alionjue, poni aliquam rationem alionjue.

2.) Omnis ratio est aliquid. ra & negas nostrum principium, affirmare debes, quoddam ens non habere rationem, seu quod idem est, quoddam rationem esse nihil, quod contradicit prima oppositio: omnis ratio est aliquid.

2.) Si datur ens, quod non habet rationem, ratio alionjue est nihil; & nihil est ratio alionjue, sequitur ut ex nihilo possit aliquid cognosci. sed ex quo potest aliquid cognosci, est cognoscibile seu representabile. Et nihil est cognoscibile seu representabile quod absurdum §. 2.

Obs: Nonnulli hanc demonstrationem labefactare conati sunt, per comparationem conf. Logie. Auct. §. 52. Iam putant eodem, quo Auctor usus est, modo, obari posse, quae nemo non falsa esse concesserit. e.g. quod omne possibile habeat causam efficientem.

Nego equipollentiam esse veram. Si enim ponitur nihil esse eius rationem, iam dicitur rationem esse, quod negatur, et a circulo est. Neque peccat contra prima exclusi tertii

Ego quidem credo hoc esse vitium demonstrationis dum comparantur oppositi et dicunt nihil esse rationem.

C

Omne

Omne possibile aut habet causam efficientem, aut
 minus; si habet, cum aliquid est eius causa effi-
 c. & omnis possibile causa efficiens aut nihil est aut a-
 liquid. si foret nihil causa efficiens foret nihil a-
 liquid, sine quodam possibile, impossibile esset, quod
 absurdum. E. omnis possibilis causa est a liquid &
 omne possibile est causatum, i. nihil est sine causa
 efficiente.

Atii ad analogiam huius demonstrationis leg-
 bene se concludere putant: Vel Caius mihi aliquid
 furatus est, vel nihil. Si nihil furatus esse dic-
 tur, nihil est aliquid, et simul nihil: nihil enim
 est per se hypothesis, aliquid vero esse debet, quon-
 iam est id, quod Caius furatus est. Sed facile
 patet, hanc instantiam nihil aliud & dare,
 quam quod Caius, si reuera furatus est, ali-
 quid furasse necesse sit. Eundem vero Caius re-
 vera furatus fuerit, non praesupponendum sed &
 bandum erat. Instant igitur adversarij par modo
 ductore, nondum per hanc demonstrationem &
 batum esse, omne possibile habere rationem, sed
 hoc tantum sequi, omne possibile si reuera habet
 rationem, seu sit cognoscibile ex aliquo, posse
 et debere cognosci, seu aliquid esse eius ratione.

Quapropter, accuratior est huius principii demon-
 stratio, quam nobis suppeditavit Cl. Major,
 in sua *Disquisitione* in abstractam
 Aristotelis *Metaphysicae* §. 25. p. 46. sq.

- 1.) Omne possibile est representabile, cognosci-
 bile in §. 8. *Metaphysicae*.
- 2.) Omne possibile vel est ex alio cognosci-
 bile, vel possibile non est cognoscibile ex alio,
 quo.
- 3.) Si quoddam possibile non est cognosci-
 bile ex aliquo, quoddam possibile cognosci
 potest ex non aliquo

Melius id clarificat exemplo se-
 quenti: Si affirmare vellem,
 omne esse intellectum esse praedi-
 tum, sic concluderem:

Si omne esse non habet
 intellectum, sequitur, per
 aequipollentiam propositionum
 at nihil sit eius intellectus,
 si nihil est eius intellectus,
 nihil est aliquid et tamen nihil
 simul, quod absurdum.

Hanc demonstrationem se-
 fulam, nullo modo possum
 si prima, quae rationem prin-
 cipaliter probat, plane unum ad
 formam eius constructa est.
 Quamquam hanc formam
 non deduxi.

4.) Si quoddam possibile cognosci potest, seu co-
gnoscibile et representabile est ex aliquo, sequi-
tur quoddam possibile cognosci posse ex nihilo.

5.) Si quoddam possibile cognosci potest ex nihilo, de
nihilō vero dici potest, quod ex eo quoddam possibile
sit cognoscibile et representabile.

6.) Si hoc de nihilō praedicatum aliquod possibile
affirmari potest, quod absurdum. §. 9. Metaph. E.
omne possibile est ex aliquo cognoscibile, seu, Omne
possibile habet rationem, per definit. rationis.

Wolffs argumentum

II. Ex necessario discrimine veritatis et so-
rum obiective sumti. Si enim hoc principium ve-
rum non esset, tum

- 1.) non daretur criterium veritatis, quod absurdum.
- 2.) Mādas actualis a mundo fabuloso et utopico
non posset discerni, quod iterum absurdum.
- 3.) Somnium obiective tale verum esset.

III. Ex identitate omnium rerum, ex nexu univ-
sali §. 265. 279. vitando circulum.

*omnes hae proba-
tiones minus va-
lent.*

IV. Ex inductione incompleta ita ratiocinan-
do: aliquid est, illius rationem cognoscimus,
a nostra ignorantia, non valet consequentia
ad negandam rationem.

V. Ex instinctu naturae spiritus.

VI. Ex natura et conceptu philosophiae, quae est
scientia rationis rerum.

positio prima

VII. Ex effectu et veritate propositionum, a princi-
pio rationis pendentium, concludendo, a quali-
tate effectus ad qualitatem causae.

probabile non est

VIII. Ex consensu Gentium.

Obj. I. Omnes obiectiones contra principium nostrum
corrueunt, si distinguas

- a.) inter rationem obiectivam et subiectivam,
seu, quae est et quae cognoscitur.
- b.) inter rationem veram et legitimam, se meta-
physice et moraliter veram: multae dantur
rationes, quae non sunt legitimae.

c.)

c.) inter rationem determinantem, et necessitan-
tem.

d.) inter rationem, quae est, et quae attenditur:
multae enim dantur, licet quae attenduntur
non attendantur. ~~levis res~~, levis ratio.

Obs: 2 Omnis ratio dici potest determinans et
rati si principium, ratio omni latius patere videtur
quam principium, ratio omni determinantis.
possibile. Hinc et omne actuale §. 21. omne, quod
repraesentari potest, quod contradictionem non
involuit, habet rationem i.e. habet aliquid ex
quo cognosci potest, eius possibilitas, actualitas,
vno verbo quoad omnia sua praedicta. Non igitur
requiritur, ut

- 1.) a nobis etiam semper cognoscatur ratio possibilis.
- 2.) ne affirmemus, omne possibile debere habere ratio-
nem, quae ab eo distinguenda sit. Deum enim rationem, hic in se continet. Sic

Colligat etiam Omniaabilia sibi sunt an-
liquo gradu similia §. 26. ratio vero identitas
et similitudo ubi sunt, ibi relatio §. 29. ubi relatio
ibi nexus. Ergo omniaabilia habent nexus,
seu sunt connexa. Ubi nexus, ibi unum in altero
habet rationem §. per de pra. nexus: | Ergo omnia pos-
sibilia habent rationem.

§. 21.

Singulorum. Si nimirum singula in possibili
ex quadam ratione cognosci possunt. Omne possi-
bile adeoque etiam omne actuale potest conside-
rari ut totum, quod ex partibus §. 15. constat.
Iam si possibile partes singulae rationem ha-
bent, seu ex ratione quadam plene cognosci pos-
sunt, ratio totius est sufficiens, si non singulae,
insufficiens, et quo minus plene cognosci po-
test, eo magis est insufficiens, est ratio, et hoc
diferimen ergo est legitimum.

Obs: 1. Nota distinctio rationis sufficientis in
absolute sufficientem seu rationem singulorum,
ne minimo quidem excepto, et respectu suffic.
ex

liberius ut semper
adhuc legimus
exprimentur, ut ab aliis
praecipue in lingua
gallica: ^{hoc modo} raison deter-
minante.

Quidam asseruerunt, hoc prin-
cipium cum libertate stare non
posse, cum omnis ratio habeat
suum rationalem necessarium, sed
distingendum inter, rationem deter-
minantem et necessitatem.
d. multi dicunt, ego feles sum
mo odis assequor, nec, nisi ma-
xima requiratur, eos fugere
possum, et tamen ignoto plane
rationem.

etiam si quatuor deo et sit
a nullo modo respondere poterit,
nisi quod ratio in numero esse
sit.

ex qua possibile certo respectu, seu quibusdam cir,
cumstantiis plene satis cognosci potest.

- 2.) Ratio ergo respectu sufficiens, est reuera suffi,
ciens.
- 3.) Dantur gradus E. rationis sufficientis.
- 4.) Rationem distingue in sufficientem in se, et no,
bis talen.

§. 22.

Quae ad verum sensum huius principii pertinent,
videantur dicta ad §. 14. et 20. et 21. Principii huius.

- 1.) Subiectum. est omne possibile, dico omne actu,
ale.
- 2.) Praedicatum. Sabet rationem sufficientem, seu
potest ex aliquo cognosci, non tantum quatenus
spectatur, ut totum, sed etiam quodam singula
sua praedicata: etiam si
 - a.) non semper a nobis cognoscatur possibile ratio
sufficiens.
 - b.) et non nunquam in ipso possibili: eodem, cuius
ratio sufficientis quaeritur, nec semper in em,
te ab eo diverso reperitur. e.g. Ratio suffi,
ciens existentiae divinae. vel our 2 + 2, sic 4. ratio est in se ipsa.

Veritas principii huius sequenti ratione demon,
stratur:

Si singula in omni possibili, Sabeat rationem, se,
quitur omne possibile habere rationem sufficientem
§. 21.

Antec: Si nihil plane est sine ratione, sequitur sin,
gula quoq; in omni possibili habere rationem. ve,
rum prin. §. 20. E.

Sunt et alia argumenta pro principii huius op,
banda veritate, licet magis suadentia, quam ~~q~~
convincantia.

I. desumitur ab experientia, per inductionem in om,
pletam. Omnia quae experimur, ita comparata
sunt ut vel rationem eorum sufficientem cognosca,
mus, et perspiciamus vel saltem ad esse debere
rationem aliquam sufficientem, etiam si nobis

inco

incognitam, facile indicare possemus.

2) ex natura humanae animae, quae instinctu quodam naturali gaudet rerum rationes perscrutandi. Huius instinctus rati a pueritia nostra sese exerant quaedam vestigia.

3) si principium rati omni sufficientis falsum esset veritatem a somno obiectivo distinguere non possemus.

4) illa propositio debet esse vera, sine qua maximae et exactissimae veritates & bari non possunt

Plura vñ. in Elem. Phil. Baumister: Met. §. 84.

Obj: Quomodo ratio sufficiens plenam et perfectam omnibus numeris possit rationem, patet

1) quod maxime difficile, imo saepius impossibile sit rationem sufficientem allegare

2) quod saepius fieri possit, ut ratio quaedam venditur & sufficiens, quae tamen non est sufficientis: Sine non temere ratio quaerens pro sufficienti venditanda.

3) distinguere possumus inter rationem sufficientem rei in se spectatae, et rei in respectu ad alias, et nos, relatae.

Ufus huius principii se exercit potissimum

a) In agenda existentia Dei: Omnia argumenta, quae Numinis diuini existentiam solide euincere possunt, sine sint metaphysica e.g. a mundi contingentia, motus origine etc.; & sine physica, quae ab ordine, a pulchritudine et structura huius omniuersi, eiusque partium, itemque rerum omnium finibus et hominis desiderio infinito, desumuntur; sine denique historica, e.g. ab origine hominum desumpta, hoc principio nititur.

b) Praescientia diuina vindicanda, ea decreto absoluto et casu puro, §. 882. et saltu absoluto §. 886.

Sicet hoc principium eiusque veritas veteribus non

non plane incognita fuerit, p. vid. *Oliberthi* *foliä* in
Wolffij *Metaph.* p. 137. *Leibnizius* tamen pri-
 mus omnium in principi formam redegit et universali-
 ter applicavit in *Theodicea* P. I. S. 44. et deinde in *astro*
versis, quae illi cum *Clarkio* intercedebant vid. eius
Epist. contra *Clarkium* passim. Equidem ejus demon-
 strationem recusavit suppeditare, variè tamen con-
 ceptis argumentis fidem ei conciliare studuit. *S. J. J.*
per *groß* *gründlich*, inquit *Grund* in *allgemein*,
gründlich, und man weiß *unmöglich* ein *exem*
pel *ausführlich* *konnen* 2.) *S. J. J.* *in* *Wolffij*
in *gründlich* *man* *weiß* *unmöglich* *Satz*
da *von* *Gott* *wissen* *konnen* 3.) und *in*
Wolffij *in* *Wolffij* *Wolffij* *und* *un*
ausführlich *gründlich*. Sunt verba eius loci cit
Theodiceae.

Obiicitur huic principio.

1. Contra Demonstrationem: quae nimirum in ea suppo-
 neretur ubiq^{ue} esse varia, quae tamen ubiq^{ue} non sunt.
 2. Posito possibili: atq^{ue} variis, ratio, et ratio sufficiens,
 erit unum idemq^{ue}; infra autem demonstrabitur, in o-
 mni possibili esse varia.
2. Contra ipsum principium, eiusq^{ue} veritatem, quarum
 tamen pleriq^{ue} oriuntur ex confusione rationis sufficien-
tiæ. a.) quae est et quae cognoscitur. e.g. ignota natura
 vis electrica, magnetis attractrix. b.) quae est,
 et quae legitima est. e.g. peccatum cum ratione suffi-
ciente commissum. c.) quae est sufficiens, et quae est
necessitans. d.) quae est et quae attenditur e.g. *e*
 lectio inter duos aureos similes &. Potiores hae
 obiectionum refellit auctor in praefat. Suius *Me-*
taph. Nonissime *Sell.* *Crusius* in *dissert.* de *U* et *L*
 mitibus principii rationis determinantis vel suffi-
cientis 1742. et *Cell.* *Darius* in *primam* *philosophiam*

in Natur - Divinan, Syst. Sautling vryh
abhandlung p. 5. S. 7. tenae 1747.

S. 23.

Omne possibile est ratio. Principium hoc, quod Auctor
nostre primus invenit, sequenti modo probatur:

1) Si non omne possibile est ratio, sequitur quoddam pos-
sibile esse sine rationato. 2) Si quoddam possibile est
sine rationato, sequitur ut nihil ponatur eius rationa-
tum. 3) Si nihil est rationatum abicujus possibile, se-
quitur ut nihil cognosci possit. S. 14. 4) Si nihil ex a-
liquo cognosci possit, sequitur nihil esse repraesen-
tabile, et aliquid, quod cum sit absurdum. S. 7. Et
omne possibile est ratio.

Obj. 1. Licet Auctor nostre primus invenierit hoc prin-
cipium, et se tibi declaraverit: non tamen luce consul-
tis unversaliter incognitum erat. H. Heineck. Inst. t.
L. III. Tit. XX. S. 862. qui, non esse enim, inquit, et
omni effectu destitui, in luce Sabentur Synonyma.

Facit hoc novum Auctoris nostre principium.

- 1.) ad melius cognoscendum nexum rerum unversalem.
- 2.) ad recte capiendam veritatem, qua multi offensi
sunt: quos minimus eventus, & in hoc mundo non
esset, mutaret mundum in alium. propter rationata sua, quae in infinitum pro-
curant. Nam postulavit q
ca a beaucoup qui se font mo-
ques de ce principe.
- 3.) ad probandam moralitatem actionum internam,
et non dandi actiones indifferentes, objectivae tales.
Si enim omne possibile habet rationatum, tunc et
omnes actiones sua habebunt rationata, quae
vel perfectionem vel imperfectionem ponere de-
bent: per princip. exclusi textu: si sine vel bonae
sunt vel malae. Vid. Madler. Exercit. Epist. de a-
ctionibus indifferentibus, per princip. rationati-
explosio Altoni 1750.

4. ad diiudicanda peccata immortalia, et inco-
nita, et ad defendendum De. lud, aeterno vind-
candi peccato hominum supplicis. Conf. Auctoris
phil. pract. vrsahy S. 22.

S. ad

hoc modo probatur, quia rationata
omnium peccatorum in infinitum
procurrunt, sane Deus etiam illa
peccata in infinitum punire potest.
Valde dubia autem haec probatio
mihi videtur, si enim homo qui-
dam, qui peccata, uti omnes, com-
misit, postea autem se convertit,
quomodo Deus salua iustitia
delicta sua illi condonare possit,
si, licet poeniteat illi eorum
tamen rationata eisdem delictis
in infinitum procedant.
At tamen proficere, hoc princip. non
esse incitamentum ad iustitiam
quam videamus, in quocumque
bona vel mala actis, quam com-
miserimus, per nexum communem
procedat.

Ex ratione minima rationalium
 maximum saepe nascitur.
 Prof. nobis narravit de a comite
 Del Solms rationali, cui Rex Galliae
 in bello 1556 contra reg. Pragae
 poster succedere. Ex parte au-
 divisse. In aula Bonifacia abbas
 quidam Galicus nomine Barnis
 venit, legatus extrinsec. Regis Gal-
 liae, quae cum Volbario et Marquis
 D'Argent. Illi omnes saepissime cum
 Rege Franc. in familiaritate iocantur
 et quidam die rogaverunt num
 vel permitteret, ut carmen in diem
 natalem eius cantarent; ille
 volentissime concessit assensuque
 se eandem suscipere velle et occul-
 patorem, sub idem quis optima
 fecisset. Die natali rex dicitur mi-
 nus probavit carmen Bonis, qui
 hoc ex verba regi intendit, sicut
 ad Deo. de Campanibus scriberet, cuius
 creatura erat, quae regem Galliae, prout
 ut arma contra regem Pragae succiperet.

§. ad cobardum mundum optimum.
 Ceterum ad analogiam principii rationis suffi-
 cientis, facillimo negotio exues, ex hoc §. pro-
 principium rationis suffi.

§. intercalaris inter 23 et 24

Rationatum Singulorum, quae in aliquo sunt, est
 rationatum eius sufficiens, i. totale completum. Omne
 possibile est ratio sufficiens, si nihil est sine ratione
 sufficiente. seu, posito aliquo, ponitur aliquod ratio-
 natum eius sufficiens, si nota in omni possibili. Haec
 sunt rationatum §. 23. Hinc omne possibile ratio-
 natum sufficiens, per def. Haec oppositio dicitur,
principium rationis sufficiens.

§. 24

Corollaria ex antecedentibus deducta, ad fin. §.
 reicienda.


- 1.) §. plane inconnexum est nihil.
- 2.) Res unius tantum modo connexa est nihil.

ratio-rationatum. diverso scilicet respectu e-
 §. principium rat. suff. cognoscitur ex principio
 Contradictionis, sine est rationatum. Ex princip.
 rat. suff. cognoscuntur aliae veritates, et eorum
 respectu est ratio.

in duplici nexu. Sine plane connexum: unius
 tantum nexum habens est nihil e.g. veritas, quae
 ex nulla alia veritate, vel ex qua nulla alia ve-
 ritas cognosci posset.

tam a priori posteriori in se scil; licet non semper
 a nobis a priori, vel a posteriori cognosci possit. A prio-
 ri rem cognoscimus, si ex ratione cognoscimus ratio-
 natum e.g. ex Deo summa Sapiencia, mundum hunc
 esse optimum. A posteriori vero, si ex rationato co-
 gnoscimus rationem e.g. ex mundo Deum, ex operi-
 bus §. eius deitatem.

§. 25.



§. 25.

Demonstratio:

Si B. non esset, non posset cognosci C.


Si A. non esset, non posset cognosci B.

Si A. non esset, non posset cognosci C.

Obiect: Adeoq; Deus A. ratio hominis B. ratio peccati C. est etiam ratio rationati hominis peccati T8 C.

Deus A. est ratio hominis B. quatenus habet perfectiones X. sed homo est ratio peccati C. quatenus habet limites et imperfectiones H. Et ad effectum in argumento formal: H. termini hoc modo: Si B + H. non esset, non esset C. Si A. non esset, non esset B. + X. Et si A. non esset, non esset C.

Exemplum ad §. illustrand. A est ratio T8 D.



Hinc quis videt quod A esse rationem T8 B. sive: Auum esse rationem Patris, Patrem Filii, Filium Nepotis, quia Auus genuit Patre. et Pater genuit filium. etc.

§. 26.

Demonstr: Si A. p. auus: est ratio T8 D. p. nepos: Sequitur D. nepotem esse rationatum T8 A. Verum prius p. §. prec. §.

§. 27.

Ratio alicujus rei non semper est immediata, sed soepissime tantum mediata Hinc usus hujus distinctio omis patet e.g. A est ratio T8 B. immediata, quatenus vero B. est ratio T8 C. A est ratio T8 C. mediata.

2. Ratio immediata, simul esse potest ratio suffi
ci

Ad Obiect. Ad multos errores in istam haec obiectis, quin etiam nonnulli crediderunt. Duo esse principia bonum et malum, ad modum Manichaeorum. Sed optima hic refutata est, et ne quisquam credat, minus aptam esse, aliam subjungamus exemplum. Si ego aliquam dico linguam Latinam, ille est rationalis C. qui mihi haec linguam didicit, et talis A. ego ego B. Sed ille non est talis A. rationali C. qui mihi didicit Philosophiam, artem saltandi.

ciens, mediata vero sufficiens esse requit. Hinc Ratio sufficiens male a nonnullis in mediatam, et in immediatam distinguitur.

3. Dantur gradus rationum: aliae sunt remotae, & remotiores, & proximae, e.g. Adam mea remotissima causa, Patet meus proxima.

4. Rationatum C. rationali B. T^o A, est rationatum T^o B. immediatum, T^o A. mediatum.

§. 28.

Distingue rationem ulteriorem non habere, et nul-
lam rationem habere. Hinc et tolle contradiccionem ap-
parentem. Physiicus rationem sufficientem scilicet Se-
cundum quid indagaturus, ne Deum ex medicina educat.

§. 29.

Obi: Si vera est paragraphus. Et licet in Syllogismo
Hypothetico a veritate posterioris: aposito ratio,
nato: | concludere ad veritatem prioris: adponen-
dam rationem: | seu sic argumentare: veram poste-
rius, ergo et prius. So. licet si constat posterioris
non posse aliam rationem habere, seu, si prius con-
tinet rationem unicam posterioris

§. 30.

Quidam hunc Canonem: posita ratione suff. po-
nitur rationatum, limitare voluerunt, hoc addi-
tamento: nisi adsit impedimentum. Sed verum
hac limitatione non eget, quia ratio suff. omnem
ponit remotionem impedimenti.

Obi: Canon sic, est fundamentum omnium Syllogis-
morum hypotheticorum, in modo ponente.

§. 31.

Sublata. i.e. ex defectu rationis suff. ad defect
rationali tuto concluditur. Hinc

Obiect. Et licet concludere in Syllogismo Hypothe-
tico, a falsitate antecedentis, ad falsitatem conse-
quen-

Deus enim rationem ulteriorem
extra illo positam non habet, ratio
autem sufficiens sui illi ipsi inest,
et tantum abest, ut absurdum sit,
si credimus rationem suffic. quae in
Deo est, rursus aliam et sic in-
finitum habere: ut potius
hac re facilius ad conceptum
actus Dei ducamus.

Deus enim

si e.g. interrogaretur
de igne fulguris, qui-
dam responderet, Deum
omnia sic ordinasse, ut
fulgur subito tempore appa-
reret. Quod nemo ignorat,
sed nunc de ratione imediata
interrogatus.

quentis. $\&$ licet si antecedens est ratio un-
ca consequens. $\&$ notata ad §. 29.

§. 32.

Hac expositione nituntur omnes Syllogismi
Hypothetici: modi tollentis.

§. 33.

in fundamentum omnium Syllogismorum uni-
versale ordinariorum! in quibus propter conne-
xionem termini maioris et minoris cum medio
concludimus, maiorem et minorem debere in con-
iunctione connecti. e. g.

C. connexum cum A

B. connexum cum C.

E. D. connexum cum A

Connexio $\&$ A et B, quae connexa sunt uni-
tertio C. quadruplici modo possibilis est.

1. Si A est ratio $\&$ B. et B est ratio $\&$ C |
A B C. | col. §. 25. quo modo connectuntur fa-
miliae in linea descendente.
2. Si C est ratiocatum $\&$ B. et B est ratiocatum
 $\&$ A | C B A. tunc ratiocatum ratiocati.
§. §. 26. quo modo iterum connectuntur familiae
in linea ascendente.
3. Si A et B simul sunt ratio $\&$ C. | A B |
quomodo Societates connectuntur. | C |
e. g. pater, mater, filius, et aliae omnes.
4. Si C est ratio $\&$ A et B simul | A B |
quo modo fratres connectuntur. | C |

SECTIO III ENS.

Obj: Determinare differt a 1) limitare, ter-
minos nimirum et limites rei dare. Deus enim
tamquam individuum est omnimode determi-

na

e. g. quidem obicitur: si hoc prin-
cipium esset, non posset filius vivere
quandam pater dicitur. $\&$ supremum
obicitur; sed pater non est unica ratio
filii.

sic uero uerba dicuntur; quando filius
quandam pater mortuus esset. patrem
amplius uivente non posset, quod esset
absurdum, sed eadem ut antea est
ratio.

solus

*

natum §. 148. nullos tamen realitatum suarum admittit terminos et limites. 2. a praedec, terminare seu praedestinare: colif. §. 981.

Determinare est indicare, quodnam praedicatum ex contradictoriis rei competat e.g. iustus et iniustus, & iudico quod Deo ex his competat nimirum iustus, tunc determino.

Determinatum est Subjectum, cui unum ex praedecis illis ad iudicatur, ita, ut aliud excludatur. e.g. Deus est iustus.

Indeterminatum est Subjectum, cui alterum ex illis praedecis competit, sed quodnam sit illud, non indicatur.

Determinabile est, de quo unum ex praedecis illis affirmari potest.

Indeterminabile, de quo neutrum. Hinc patet

- 1.) Omne possibile esse determinabile: quia est vel est, vel non est §. 10.
- 2.) Indeterminabile esse nihil: q est nec est, nec non est.
- 3.) Num idemq possit esse determinatum, vel indeterminatum certo respectu e.g. Actua, lia temporis futur, ex ductus diues etc.

§. 35.

Idex quo cognosci potest, cui ex praedecis contradictoriis, Subjecto alterutrum competat, est ratio determinans. e.g. Anima est vel destructibilis, vel non destructibilis. Non destructibilis: quia est simplex. Simplicitas ergo est ratio determinans indestructibilitatis.

Obj: 1. Ratio suff. et determinans: Leibnitzii non differunt, nisi modo repraesentandi. Quate, nus nimirum ex st. s: simplicitate animae: sufficiens cognosci potest. Sol: indestructibilitas eius: est ratio suff. TB D: quatenus vero

ex $\&$ sufficienter cognosci potest, cum ex praedica-
tis contradi. unum de \mathcal{D} . affirmari queat, est
ratio determinans $\&$ eatenus.

Obj: 2. Quid quid est, habet rationem determinan-
tem. vid. §. 9. et §. 22. Obfer: 2. notator.

§. 26.

Determinatio est praedicatum alterutrum ex ^{contradictorius}
praedicatis. i. quod in Subjecto affirmatur vel ne-
gatur.

Haec determinaciones, sunt diversae, aliae e-
nim in Subjecto ponunt realitatem, quae praedica-
t affirmatiuum est, quod reuera aliquid in Subjecto po-
nit, non tantum ponere videtur, et haec determinatio
vocatur Realitas. quae est

1. entis determinatio, 2. determinatio affirmatiua.
et c.) vere talis, quae reuera aliquid in Subjecto affir-
mativè ponit. e.g. Deus est iustus. Aliae determinatio-
nes aliquid de Subjecto negant, seu realitatem ali-
quam ab eo reuera tollunt, et haec determinatio
negatio dicitur: quae est

1.) entis determinatio 2.) determinatio negatiua,
2.) vere talis, quae non tantum negare videtur aliquid
de Subjecto, sed reuera negat, et tollit.

Realitas est vel absoluta, qua posita, non ponit tale
quid, quod maiorem Realitatem tolleret. e.g. existen-
tia, possibilitas, ratio $\&$ vel relatiua, qua posita,
ponitur id, quod minus aliquid tollit e.g. si in Deo
pones abstractionem, tolles Deum $\&$ omnia uno
simplicissimo actu repraesentare $\&$.

Parti ratione, et negatio est vel absoluta, qua po-
sita, tollitur aliquid, quo sublato, tollitur minus.
e.g. intellectum non habere, voluntatem, distinctam
repraesentationem $\&$ vel relatiua, qua posita, tollit
aliquid, quo sublato, ponitur minus. e.g. non habere
affectus non abstrahere $\&$. Hinc patet.

1. Real

1. Realitates et negationes, non secure sine accuratio-
vi attentione ex terminis et particulis affirmatiuis
vel negatiuis diiudicari debent. Dantur enim.

- a.) Realitates quae non tantum in se affirmant, sed et
tam terminis affirmatiuis exprimentur e.g. sapientia
virtus &c.
- b.) Realitates quae quidem in se affirmant, termino au-
tem negatiuo significantur, quales e.g. infinitum,
immutabile &c.
- c.) Negationes, quae in se negant, simulq; negatiue
exprimentur, quales, e.g. irrationalitas, impossi-
bilitas, inconueniens.
- d.) Negationes, quae in se quidem negant, sed termino
affirmatiuis significantur. e.g. finitus, coecus, corpus.

2. Realitates relatiuas, in aliis esse negationes e.g. ra-
tionari, reflectere &c. est negatio in Deo.

3. Negationes relatiuas, in aliis esse realitates. e.g. ra-
tionari in Deo est negatio rei: in homine realitas.

4. Realitates et negationes absolutas, in singulis esse
absolutas. e.g. existere &c.

Nota. Difficile est iudicare, utrum haec vel illa deter-
minatio, sit realitas aut negatio e.g. corpus.

§. 37.

Quodsi extra se non posita representantur per ficti-
onem, ut talia; determinationes in ipsis comparatis tan-
tum obseruabiles, etiam relationes, sed improprie di-
cuntur. sic loquimur e.g. de relatione voluntatis ad
intellectum, etiam si voluntas extra intellectum non sit
posita

Omne, quod modo verbis determinari potest, in se conti-
net determinationes, inter se connexas, et omnia simul
cum aliis extra se positis sunt connexa. E.g. etiam omnia
duplici modo spectari possunt 1.) vel in se quodam nexu
eorum, quae ipsi intrinseca sunt, seu nexu internum,
2.) vel extra se, seu in nexu externo. Hinc determi-
nationes, sunt vel internae, vel externae. Illae sine
nexu cum aliis extra se positis; haec in nexu cum aliis
representari debent.

Determi-

Determinationes internae sunt

- 1.) necessariae. Sae iterum, vel c.) primae seu essentialia, vel β.) secundae, attributa. Attributa iterum sunt vel propria, vel communis
- 2.) Contingentes, seu relationes.

§. 38.

Probe observet, nos loqui de respectu iisdem, seu affirmare, in st esse tantum modo aliquid, quod est in d. Absolute seu persus eadem essent, si omne id, quod est in st dependere dicitur in d. seu, illa, quae pro se invicem omni respectu possunt substitu. Talia absolute eadem non dant; cuinset infra §. 264. scilicet ididiscernibilium.

Respectu eadem dant; nemo nescit. Pax; ratio, ne quoq; de diversis est sentiensum, Absolute d; versa non dantur, Respectu diversa sunt quaelibet eadem. Hinc patet

- 1.) Dant gradus identitatis et diversitatis §. 174.
- 2.) utrum idemq; cum alio, partim idem, partim diversum esse posse, imo debere, §. 268. 273.
- 3.) Identitas et diversitas, sunt determinationes externae.
- 4.) Identitas est determinatio, propter quam entia d; cantur eadem: terminus quidem barbarus, sed usu receptus et commodus.

§. 39.

Internae etiam relativae esse potest, tunc vero ut determinatio interna spectare debet.

Rationes. non dicantur sufficientes.

in internis simpliciter tales. i.e. in ente ipso non habent rationem ulteriorem, extra ens autem habent ultimato rationem in Deo, et ipsius intellectus summo.

Obi. 1. Essentiale nonnunquam significat, quod cum essentia rei proprie connexum est. e.g. homini essentiale est errare.

§. 40.

Possibilitas interna essentia
entis tantum est, non autem
aliquid individui. Si ergo
quaeritur quae sit essentia
Dei, respondere non potest
interna eius possibilitas.

S. 40
Seu possibilitas. Cum possibilitas sit abstractum, con-
ceptus eius formatur, quando in aliquo possibilis simul
ponuntur essentialia. Et. possibilis s. 39. Et. essentia est pos-
sibilitas; et cum in possibilis in se spectato sit repraesentata,
bilis s. 39. 37. est possibilitas interna s. 15.

Obj: Definitiones aliorum 1.) quod sit compossibilitas essen-
tialium. 2.) id, per quod aliquid est, id quod est, et nihil
aliud. 3.) Wolf in ontolog. latin. id quod de ente pri-
mum concipitur, et in quo continetur ratio suff. cui
cetera vel actu insunt, vel inesse possunt, cum nostra
facile conciliari possunt.

esse rei. quatenus esse idem non est, ac existere.
natura. male cum essentia confunditur; et ab auctore
notatur tantum. Hoc synonymon, non uere obatur. Bene
enim natura rei ab essentia distinguenda esse, docet
ipse s. 400.

forma. Sicut illud veterum: forma dat esse rei; dat
sieri; datq; distinguere.

Substantia ex mente nostra non est synonymon essentiae;
sicut hoc significatu occurrit in quotidianis locutionibus.

Conceptus entis primus Sicut a Schuberio essentia definitur
per primum conceptum rei, in quo ratio rei reliquorum,
quae enti competant, vel competere possunt, contenta. Haec
definitio eadem est cum Wolffiana.

Obj: 1. Essentia entis qua ratio est sola ipsius possibilitas

Obj: 2. In eademq; re; diverso respectu plures con-
petunt essentiae. e.g. homo, quatenus consideratur ut
ens, creatura, substantia, spiritus, animal. &c.

S. 41.

rationalia. Non dicuntur sufficienter tabia: quaedam
enim affectiones non habent rationem sufficienter in
essentia s. 50. et 51.

Affectiones sunt: 1.) determinationes 2.) internae, 3.)
rationalia, seu determinationes, quaedemum fluunt ex
essentia

Essentia enim necessaria
est, ergo et naturae rerum esset
necessaria; et cum omnes
eventus in hoc mundo per
naturam Dei ab, creatura
epiciantur; sequetur,
omnia in hoc mundo abso-
lute esse necessaria, nulla
ad esse liberar voluntate.
Pars quidem naturae est
essentia.

essentia, et ex ea cognosci possunt, et in ea ratio earum est.
Si ratio est sufficiens, attributa dicuntur, in minimis.
Cusomam essentialia non in aliis determinationibus ratio,
nem sui agnoscat §. 39. ergo enti euidan. competunt, ob
possibilitatem internam, seu ideo, quod sibi inuicem non re-
pugnant. Et hec manifestum est, a philosophis affirmari posse.

1. Essentiali entis ponendam esse in non repugnantia de,
determinationum earum, quarum una per alteram de,
terminatur.
2. Possibilitatem entis internam esse primum entis conceptum.
3. Nos essentialiam entis intelligere, quam primum modum
quo fieri potest ens, intellexerimus.

Obj: Affectio interdum latuis patet, et confunditur cum
determinatione in genere. e.g. quando in logica de
affectioibus ~~et~~ propositionum sermo est.

§. 43.

ponuntur affectiones, i.e. ponitur ens habere affectiones,
sed non statim existentes omnes, ad quas ponendas requi-
ritur essentialia indiuidualis, quam veteres hæccitatem
vocarunt. Ergo distinguenda est

1. Essentialia generica, qua posita, ponunt affectiones genericas
2. Essentialia Specifica, qua posita ponunt affectiones speciales.
3. Essentialia indiuidualis, qua posita, ponunt affectiones indiuiduales.

§. 44.

Ubi affectiones ibi essentialia. Ita concludimus e.g. dum Deita-
ten est et Spiritus §. 39. are volumus; cui competunt diu-
nae affectiones, illi competit et diuina essentialia. &

§. 45.

Ubi non est essentialia, ibi nec affectiones, quae nimirum il-
lius essentialiae rationata essent. ¶ Contra Transsubstantiationem.

§. 46.

Sublati affectionibus, vel adde, omnibus, vel tollit essen-
tialia aliqua. Sublata enim existentia alicuius affectionis,
vel etiam existentia omnium affectionum, ponitur ad huc
possibilitatem, quae etiam affectio est.

§. 47.

§ 47.

internae. Non negatur eo ipso, determinationes ex
ternas esse connexas: unius enim positio, non statim est
alterius exclusio vid. § 279. et 306.

Singulis i.e. quaelibet entis determinatio potest co-
gnosci ex singulis aliis entis determinationibus.

Ad melius intelligendam hanc §. observa: Omnes
affectiones connexas esse cum essentialibus §. 39. sunt
enim eorum rationata §. 14. Sine connexae sunt in-
ter se: connexa vni textu, conveniunt inter se §. 33.
Essentialia vero connexa sunt cum essentialibus §. 40.
Constituunt enim simul sumta essentialia, sine connexa
inter se. §. 33.

§. 48.

harmonia Noli statim intelligere harmoniam pro
stabilitate. Nexus universalis, ab aliis dicitur etiam
catholicus. Est vero is, qui in singulis determinatio-
nibus deprehenditur.

§. 50.

Attributa. Alii attributa definiunt per cuiusmodi
entis determinationes, quarum oppositum essentialiter
pugnat: alii per essentialia sufficienter determinatam;
plerique per affectiones entis necessarias. e.g. attributum
spiritus est: facultas distinctas ideas formandi etc.

Obj. Relationes sicut §. 57. inter attributa non possunt
referr: Hinc honor est gloriae De; non sicut eius attributa.

Modi. Sunt affectiones, quae non plene, scilicet non
ratione existentiae suae, sed ex parte tantum, i.e.
respectu possibilitatis suae, ex essentialibus entis cognosci
possunt. Hinc possibilitates modorum, in numerum attri-
butorum entis referr: solent.

Obj. Alii modi sunt: affectiones, quarum oppositum
essentialiter non repugnat, aliis affectiones entis tempo-
rariae sicut §. 65.

Obj. 2. Accidentia praedicabilia exan scholasticis
modi, quos apponebant attributis. Per accidentia autem
praedicamentalia intelligebant omne id, quod non po-
test

possibilitates modi
tantum in se
non est sicut dicitur




test exytere nisi in alio, et opponeretur ea substan-
tialit. §. 19.

§. 51.

Attributa propria uocantur, quia enti in quo sunt
soli competunt. Cum duo entia diuersa, vel plura
quaedam communia possint habere essentialia, nun-
quam uero omnia: etiam attributa possunt esse plura
sub communia, sicut communia uocantur.

Obi. Attributum commune, in quibusdam essentialibus,
vel saltem in uno eorum non habent rationem suffic-
ientem. Et quaedam essentialia et attributa non sunt con-
nexa, quod contra §. 47. §. Non dicitur attributa
communia non esse connexa, sed dicitur, si et quan-
do essentialia quaedam desunt, tamen ratio quorundam
attributorum sufficiens addeat.

Tabula Determinationum



Obs. Ad dignoscendas melius eius modi entis affectio-
nes, quod maximus usus est, in philosophia, et potius
sumum in logica, in condendis e.g. definitiombus,
sequentes bene imprimendae sunt regulae:

1.) Discipias num affectio quaedam entis, Semper et
sub omnibus circumstantiis competit, an minus.
Si prius, est vel essentiale vel attributum. Si poste-
rius, affectio ista necessarium non tamen sufficien-
tem rationem habet in essentia entis, est ergo modus.

2.) Si quoddam entis praedicatum est attributum,
discipe iterum, num sit illud ratio aliarum deter-
minationum internarum, vel minus, si prius, est
essentiale, si posterius, est attributum.

3.) Attributum si soli entis competit in quo est, est
proprium, si et aliis, commune vocatur. Propri-
um habet rationem suff. in singulis essentialibus
simul sumptis. Commune in quibusdam tantum.
Ex. S. Satanae essentialia sunt

- a) angelus
- b) Daemoun
- c) maximus

2. Attributa et quidem propria

- a) Angelos malos omnes vitis superare
- b) Summus inter angelos rebellis
- c) infelicissimus inter spiritus.
- d) spiritus a Deo maxime disinnctus

3. Attributa communia.

- a) gaudere ratione
- b) gaudere intellectu
- c) gaudere abusu rationis
- d) poenis a Deo vindice affligi

4. Modi

- a) Obsidere homines
- b) seduxisse homines primos

c, adfligere homines pios &

S. 53.

Habet essentiam, quia haec locutio conceptum adhaerentem involuit, et to habere actualitatem, fere semper involuit: ergo apponitur determinat qua essentiam.

S. 54.

Actualia noli confundere cum existentibus. Existentia sunt quidem actualia, sed non vice versa. Actualia enim vel sunt

- 1.) praesentis temporis, et haec tantum existentia recte vocantur; | quia actu continent complexum determinationum: | vel
- 2.) praeteriti
- 3.) futuri
- 4.) Omnis temporis simul.

Est ergo actuale

- 1.) possibile
- 2.) non modo determinat qua possibile seu essentiam sed
- 3.) qua omnes ceteras affectiones: nondum ad relationes attendimus, potest enim esse aliquid actuale, licet nullas habeat relationes: |
- 4.) Compossibiles.
- 5.) in ipso e.g. si homini cuidam possibile non essentia tantum competit, sed etiam ex omnibus praedicatis contradictoriis, unum, e.g. vivit in Europa, non vivit in Europa, est primum, non est primum, & non tantum competere potest, sed reverea competit, tunc homo ille possibile, non tantum est possibile, sed simul actualis

Non ens privatum est 1.) possibile, 2.) determinatum qua essentiam 3.) indeterminatum, qua reliquas affectiones in ipso compossibiles, licet determinabile.

Non ens

Plusquam possibile est actuale.
actuale est possibile

Non ens privatum, convenit cum non ente ne
gatio in eo quod neutrum existat, differt vero
quod illud potest existere, hoc vero nec est possi-
bile, nec determinabile.

§ 55.

Existential ad existentiam igitur pertinent
1.) affectiones possibiles 2.) impossibiles, quae se
in vicem non tollunt. 3.) Simul sumptae, seu com-
plexus affectionum. Hinc patet
a.) existentiam involvere in se essentiam; quia
existentia consistit in complexo affectionum, qui-
bus positis, ponitur essentia §. 44.
b.) quoddam possibile non simul existere
c.) ens existens longe plura competere prae-
dicata, quam mere possibili.
d.) Si quis dispicere velit, utrum res sit mere
possibilis, an vero existens, dispiciat, num
praeter essentialia, determinata etiam sit
qua caeteras affectiones impossibiles.

quatenus. Haec restrictio additur ob termi-
num mathematicum complementi. Ex mathe-
si enim constat, complementum ad totum esse debe-
re homogeneum. Cum igitur existentia est con-
plexus determinationum, essentia etiam ut ta-
lis complexus considerandus est, si haec defi-
nitio adhibetur.

§ 57.

interna possibilitas. Posita enim existen-
tia, non statim ponitur possibilitas externa
omnimoda, quia, physice et moraliter impos-
sibilia nonnunquam existunt e.g. miracula et
peccata.

§ 58.

S. 58.

Nullum interne seu ex nihilo negatio
nichil fit S. 7. omnis enim actualitas suppo-
nit possibilitatem Spho prac.
Obs: Inseruit hoc principium, ad historias et
religionem dicendum.

S. 59.

a quodam posse Haec ~~positio~~ positio est tantum
particulariter vera. quia enim ~~in~~ in-
tiones dan-
tur possibilitates et impossibilitates, praeter-
tim hypotheticae gradus; hinc a quodam
posse, ad quodam esse valet. Cons: seu a maiori
gradu possibilitatis, ad existentiam aliquo mo-
do, et a maximo gradu possibilitatis ad existen-
tiam plenariam valet Cons: Hoc contingit cir-
ca existentiam Dei S. 820 illud circa doctrinam
de mundo optimo, et existentiam angelorum. Minus
accurate itaq; haec regula enunciatur: a posse
ad esse non valet consequentia.

+ quia enim homines iam,
qui tamen hanc spiritus infirmi
ordini, et minorem possibilitatem
habent, existunt; cur non quae
angeli, quorum possibilitas
multo maior est.

S. 60.

Si itaq; doctrinam collosorum de plu-
ribus mundis possibilibus ripes cogitantes
affirmare debere, omnia possibiliter esse actua-
lia. Si obicitur etiam nos affirmare, omnia
possibilia huius mundi esse actualia; respon-
detur tibi, distinguendo inter possibile, et
possibile huius mundi.

S. 61.

Obs: 1. Possibile seu privatum nihil dif-
fert ab ente tantum modo cogitandum, non vero
ipsa re: quatenus nimirum aliquid contradic-
tionem non involuit, eatenus possibile:

qua

quatenus uero existere potest, ens appellat.
Obs: 2. Determinabile per notionem imaginariam potest repraesentari: ut receptaculum repraesentationum; et si nōdum determinatum est, ut receptaculum vacuum. Cuiusmodi notiones inferuiunt 1.) ad facilitandam intelligentiam conceptus realis 2.) ad uitandum conceptum erroneum.

§. 62.

Non ens cui existentia repugnat. Omne igitur absolute impossibile est non ens.

ens fictum cui existentiam non repugnare sumimus, etiam si ei reuera reponet. e.g. Faebulae gentium ex Mythologia. Male dicitur ens rationis ratione sumpta, vel ex tota facultate cognoscitiua, vel ex facultate imaginandi. Ceterum ens fictum, cum ficto in genere confundere noli. §. 590.

§. 63.

Obs: Si non omnes. Saltem plerasque duabus Sphaer propositiones contrarietas et conuersas habes maiores, quibus entia, a non entibus discerni possunt e.g. quod est impossibile, est non ens. etc.

§. 64.

Determinantur Ratio sufficiens alicuius, est illius entis ratio determinans: potest enim ex eadem cognosci, cur aliquid sit, cur ita sit nec aliter, cur ex praedictatis contradictoriis unum rationato conueniat.

§. 65.

Modi

f

Modi in essentia rationem sufficientem non
habent s. 50. Hinc per essentiam non sufficien-
ter determinantur. In modo autem spectari po-
test vel possibilitas eius, vel existentia s. 56. ergo
modus per essentiam non sufficienter determina-
tur, vel qua possibilitatem, vel qua existentiam.
Præius est abstrahere: modorum enim possibilita-
tes sunt attributa, et attributa per essentiam
entis sufficienter determinantur. s. 64. 50.
¶ Modi, qua existentiam non sufficienter deter-
minantur, per essentiam. S. enim existentia mo-
dorum per essentiam determinaretur: singula
in modis rationem haberent in essentia. Ergo
essentia est ratio suffic. modorum, quod contra s. 50.

s. 66.

realitas, quia est determinatio vere affirma-
tiva. Si obiceret in existentia posse esse nega-
tiones, hinc saltem totam existentiam non esse
realitatem; cogitares velim negationes in existentia
finitorum, ad quam obiectio tantum applicari
habet, dependere a limitibus, hinc tantum
sequi, quosdam existentias non esse maximas,
nec realitates maximas.

s. 68.


accidentalra, nol. ea confundere cum moda-
libus, vel contingentibus. Latius patet mihi ter-
minus et omnes affectiones, etiam attributa. sub
se comprehendit. Sic e. g. in logica definitio no-
minatis, est vel essentialis vel accidentalis:
illam essentialis in ordine inveniuntur hanc attributa.

s. 69.

Daxi est quomodo cumq. cognosci, seu ita,
ut non respiciatur ad gradum claritatis.
Obs: Communis definitio quantitatis, quod
sit omnino, quod potest augeri vel minui, falsissi-
ma est, nam:

Quantitas

augeri — minus
minui — minus



illae enim augeri uel
minui nullo modo possunt.

1.) vitio circuli laborat. Augeri enim id
dicitur, quod homogeneo adiecto efficit
maius; maius est, cuius pars alteri
toti aequalis est. Aequabilia sunt, quae
eandem habent quantitatem. In circulo.

2.) ad quantitates maximas et minimas non quadrat.

3.) ad Deum non est applicabilis, qui tamen
quantitatem habet.

4.) Falsum quoque est qualitates non posse augeri.
v. e.g. intellectus est qualitas et tamen
augetur, imo augeri debet.

Hoc nihil ualeat, probat
enim tantum qualitatibus
quantitates in se posse.

Obs: 1. Coregie Cicero de quantitate philo-
sophatur, quando dicit: Ca magis ex aliorum
contemplatione, quam ipsa per se cognosci et
intelligi potest.

pro lege Manilia
atque ex eo auctor noster
definitionem affirmasse uidetur.

Obs: 2. Qualitates et quantitates non con-
tradictorie sibi opponuntur: dantur enim
quantitates in qualitate s. 246.

Obs: 3. Si quantitas est discrimen inter-
num, sequitur ut in relatione, quae est deter-
minatio externa, non sit quantitas. Sed fal-
sum est posterius s. et prius.

Obscurior haecce observa-
tio mihi uidebatur, neque
eam concipere possidem.

Discrimina Sexterna

na sunt. { interna } qualitates { similitudo s. 74
quantitates { magnitudo s. 159.

Defin. Qualitates sunt 1.) discrimina entis.
2.) interna 3.) quae distincte cognosci possunt.
4.) sine assumpto alio.

Defin. Quantitates sunt 1.) discrimina entis 2.)
interna. 3.) quae aliquomodo possunt cognosci.
4.) sed non distincte 5.) non sine alio assumpto.

§ 71.

Mere Similia. Haec ne confundas cum totaliter Similibus. Si tamen obiciat, non datur mere Similia, coeques l. sub mere Similibus posse intelligi ea, in quibus qualitates eadem tantum attendimus, abstractendo a quantitatibus. 2.) Fictiones eiusmodi posse inferri destrictis conceptibus.

SECT. IV.

Unum

§ 72.

Separantur. Separatio hoc significatone confundatur cum abstractione: in hac enim non opus est tollere, sed tantum obscurius repraesentare; nam abstractio non est negatio.

§ 73.

Unum dicitur aliquis, quatenus praeter ipsum nihil cogitamus, nisi ea, quae et determinationes ipsius spectantur.

Obs: Conceptus unius, a modo repraesentandi pendet: possum enim unam eandemque rem, mox ut unum, mox ut multa cogitare.

§ 74.

partim. Si attendimus ad Casus, ubi de multis loquimur, apparet 1.) ea, quae multa vocantur, distinguuntur, ergo ut diversa repraesentari & Or. hinc esse debere diversa 2.) in iis, quae multa vocantur, quandam semper attendi notionem sub qua comprehenduntur, sine esse eadem.

Obser

Dixerit quidam, multas Deos cogitare facillime possum, ergo multos Deos existunt; id Deo enim a posse ad esse. V. C. Sed an multos Deos cogitare possit omnino nego, si enim Deum verum tibi repraesentare cupis, necesse est, ut cogitas spiritum omnibus perfectioribus summo gradu praeditum. Ad multum requiratur ducta, quomodo autem dicit Deum dicat, si praedicatio deditum invenire potes, cum iam unus omnes summo gradu possidet, ergo tibi semper iterata vice eandem Deum repraesentas.

Obs: Inter unum et multa, recte ponuntur
duo, quae non sunt multa sunt. Hinc recte quae
 dam distinguunt Linguae, inter Singularem, Du-
 alem et Pluralem numerum.

§. 75.

alio affinito e.o. multitudo hominum in
 no loco congregatorum, etiam si quomodo cum
 per se cognosci queat, non tamen intelligi poterit
 nisi affinito quodam uno, seu unitate, et ad sin-
 gulos applicato, id quod numerare est.

§. 77.

Unicum est vel absolute tale, quod respectu
 omnium determinationum suarum est, quod nulla
 alia sunt: vel relative tale, quod in certa en-
 tium serie, respectu certae alius determinatio-
 nis est, quod reliqua non sunt. seu, unicum.

Obs: Unum in unicum nuncupatio, Singu-
 lare nuncupatio, simplex nuncupatio, unitas
 nuncupatio, ubi distinguatur. §. 72. 79. 148.

2. Omne unicum est unum, sed non vice versa.
 Solus Deus est unicus Obs: 2. Hinc recte distin-
 guit Auctores nosces inter unitatem et unitatem
 tem §. 82. 84.

SECTION V.

ordo

§. 78.

Obs: 1. Iuxta et post se posita non semper extra se
 posita esse debent.

Obs: 2. Hinc recte distingue coniuncta et connexa.
 Connexio est species coniunctionis, et omne quidem
 connexum coniunctum est, sed non omne coniunctum
 connexum est.

Ordo

Ordo: Si ordinem dicis identitatem in coniunctione, patet coordinationem esse coniunctionem, in qua ordo est seu ordinatum.

Wolffio ordo est similitudo in mundo obuia, qua plures inuicem collocantur. Aliis est identitas modi, quo coniunctio plurium fit.

Musica, hoc sensu hanc vocem adhibuisse dicitur Hermes Trismegistus, itemque Pythagorei, dicentes: qui tranquillitatem animae quaerit, utat musica i.e. Eubi ordinantibus.

S. 79.

Inordinatio a confusione ita quoque potest distinguere, ut in ordinatione sit confusum, vel conuinctio plures unum diversa. Qui exitas uero in ordinatione est confusio.

Obs: Confusio est vel absolute vel respectu talis. Illa non datur in mundo, in hac semper exit alius, quis ordo.

Ex definitione ordinis et Confusionis patet 1.) unius, qua talis, neque ordinem neque confusio nem esse posse. 2.) in una eademque re, diverso respectu ad esse ordinem et confusio nem. e.g. libri in bibliotheca, qua formam tantum uisita se possit, nullo habito respectu materiae. 3.) Ordinem et confusio nem etiam locum habere in pluribus extra se non positus e.g. in cogitationibus animae, quae extra se non sunt positae.

S. 80.

Conformitas, ex eo cum ratione consistit 1.) in possibilitate cognoscenda et determinationis. 2.) eo, quoscendae ex certa quadam et determinata ratione.

Determinationem rationi conformem alii definiunt per eam, quae cum ueritatibus cognitis, seu apositi onibus ueritatibus ueris connectitur.

S. 81.

Opposita alia incompensabilia et in con
ce

locum hic receperunt
de musica improprie
santa in Cicero
de Plomnis Scipionis
nisi musica Stellarum

persone reddidit ex
emulo, nulli cuius
aduersi ferre uentis

ceptibilia dicuntur

Cono. 1. E. quae simul poni et simul tolli possunt non sunt opposita.

Cono. 2. A positione unius oppositi, ad remotionem alterius v. conf. et vice versa.

Obs. 1. Si conceptus positivus oppositus nihil praeter eius negationem involvit est prior, si contradictorius e.g. niger et non niger: qui praeter aliquid positivum involvit, aut partem prioris tantum negat, e.g. niger et albus, est priori contradictorie oppositus.

Obs. 2. Ut contradictio, sic et oppositio vel vera est, vel apparens. e.g. Omne possibile habet rationem, quoddam possibile non habet rationem. Quidam homines sunt stulti, quidam homines non sunt stulti. Hinc vere opposita sibi inuicem contradicant.

Obs. 3. Mediate sibi opposita sunt, si posito A ponitur C, et posito C tollitur B. immediate vero si posito A tollitur B.

Exempl. Actio § 82. quaedam secundum legem instituta, est rationi conformis § 80. huius oppositum s. illi rationi non conformis est defectus, qui peccatum vocatur.

Obs. Defectus est vel absolutus, qui est determinatio nulli plane rationi conformis, vel respectu, certae tantum cuiusdam rationi non conformis

Canon. Non datur, neque dari potest defectus absolutus. Dantur vero gradus defectus.

§ 83.

Obs. 1. Lex significatu generalissimo sumitur, quo omnes species legum, Coercitivam, physicam, et moralem, comprehenduntur. Quibus rationem, cui conformatur determinat, talis lex, vel physica &

Obs. 2.

Obs: 2. Leges quae hic definiuntur, generalissimo Significatu Sumuntur: generalioribus vero, sunt oppositiones, quibus actiones liberae conformandae sunt; strictior, habita nimis ratione civitatis, sunt oppositiones per finem civitatis obisantes, strictissimo demq; voluntas imperantis determinans actiones subditorum.

Obs: 3. Complexus legum civilium est ius: sine iuris universatissimi conceptus oritur, cuius scientia adhuc desideratur.

§. 84

Obicitur. Vbi determinatio, ibi ratio. Vbi ratio, ibi cognoscibilitas rationis. Vbi cognoscibilitas rationis, ibi possibilitas legis, sed nondum ipsa lex: quia lex est repraesentatio, non tantum repraesentabilitas §. 83.

Concedendo totum argumentum, si ratio in genere sumatur, non vero ut aliqua certae determinata §. 80 vel §. ab omni ente actu intelligente, plana abstrahatur, nondum adest lex subiectiva, adest tamen obiectiva, quae in ipsa repraesentabilitate determinationis rationi conformis consistit. Consecutaria:

1. Vbi defectus, ibi determinatio contra legem: qualis defectus, contra talem legem.
2. Una eademq; determinatio potest esse contra legem, et alio respectu legi conformis.
3. Non datur defectus contra omnem legem. Conf. notata ad §. 82.

§. 85

Positum ne confundas cum loco §. 28. quia post se posita, seu per tempus coniuncta etiam Sabent

Ob: Defectus est determinatio, defectus autem ratio non conformis est, ergo non est lex; condeo §. contra legem semper peccatur. §. defectus invenitur, ergo tamen semper adest lex.

habent positum: nec positum confundas, cum abstracto verbi ponere seu cum positone.

Obs: Positum etiam esse potest in pluribus, extra se non positum. 2. Positum in specie est, vel intra vel post se positorum vel locorum vel aetatum. Theo. 5. p. 1. sic demonstratur: ubi positum, ibi respectus, ibi determinationes, ubi determinatio, nec ibi leges. Et ubi positum, ibi leges.

S. 86.

Commune e.g. Communis est libertas Deo cum hominibus: at vero summa libertas, propria est Deo

regulae communes. In omni scilicet ordine sunt plura A. B. C. D. Iam & A cum B. eodem modo coniunctum est, quo B. cum C. et C. cum D. quae quoniam erunt eadem inter se, regulae communes dici possunt

Demonstr. Ubi ordo ibi eadem coniunctio, ubi eadem coniunctio, ibi eadem leges. Ubi leges eadem, ibi leges communes per Def. leg. Com. Et in ordine. Hinc patet non errare illos, qui ordinem definiunt, per coexistentiam vel successorem plurium, iuxta certam regulam.

S. 88.

Obs: Quo maior ordo, hoc plures regulas diversas habet, hoc ergo confusio: apta, ret similitudo praesertim & singula ordinata nequeamus cognoscere, sed soepe tantum paucissima. Hinc ordo in mundo v. c. temporum, generatum, etc. nobis videtur confusio.

SECTIO VI.

VERUM.

Et.g. bibliotheca, cuius ordo ad magnitudinem librorum tantum redactus est, simplicem ordinem habet. Si autem praeterea respectum habet scriptionum, legaturae q. ordo fit complexus, simul eadem confusiones oriuntur, quia ordinis locum colledunt. N. nobis tantum minime autem in spiritibus altioribus, aut infinito. Et ego in tempore, quae nostris ordinis regulis pulchrum sensum, q. affert debent, pluviae cadunt, ne que tamen, non intelligimus enim ordinem tam complexum naturae.

§. 89.

Veritas, quae uulgo metaphysica dicitur, est au-
ctori transcendentalis veritas; ego malleo, ita
rem distinguere.

Veritas metaphysica est convenientia entis et
praedicatorum ipsius, cum primis principis me-
taphysicis.

Veritas logica est convenientia operationum
mentis cum obiectis, quae iterum triplex est. vid. log.

Veritas moralis est convenientia actuum nostrorum
internorum, cum externis seu signis

Iam veritas in genere, seu veritas transcenden-
talis est convenientia seuordo plurium in uno.

Cons. 1. Veritas metaphysica est fundament verita-
tis logicae

2. Logice falsum potest esse metaphysice verum.

3. Moraliter falsum, potest esse metaph. verum.

4. Veritas metaph. non est propositiombus.

Obs: Veritas metaphysica, dicitur aliis, rei
entitativa, radicalis, fundamentalis etc. Haec
veritas deprehenditur in rebus ipsis, et locum
Saberet etiam, si non adesset ens rationale, vel
tatem hanc sibi repraesentans, et quidem in
est rebus omnibus, adeo ut sensu hoc mendacium
quod sit verum, et Satanas ipse, datur verum men-
sura, sed non verax.

§. 91

Obiective, non subiective sunt, quatenus fit
in anima, sed obiective, et denotat coniunctio-
nem plurium, quae salvo principio contradic-
tionis et rationis suff. coniungi non possunt e.g.
ut homo sit Norimbergae et Neopolis uno eodem
que actu.

Experget facti deprehendimus, res, quas in somno
percepimus contradictionem in volvere et ratio,
ne

E.g. aurum, si omnia auti
attributa habet, metaphy-
sice verum est, ita et Diabolo.

E.g. Diabolo, metaphysice
verax quia omnia illi
in sunt attributa, quae
Diabolum perfectum efficiunt.
E.g. coruus, candidus, p. v.
logice verus est, si nos cum ita re-
praesentamus, uti se vera est, quod
en. sial. dubito; moraliter falsissi-
mus est, proinde pater eius mon-
darii appellatur.

des. b. g. d. m. d. d. d.
i. m. h. g. d. m. d. d. d.
convenit. e. p. d. d. d.
f. d. d. d. d. d. d. d.
f. d. d. d. d. d. d. d.

ne suff. destitui, sed esse tantum frōmenta et ef-
fectus imaginatiōis nostrae: hinc recte somni-
um hoc obiectuum, veritati metaph. opponitur,
adeoque est non ens.

Muchous Fabulosus: Utopia, vulgo disfloroffan Land
Conf. Cell. Heumannii program. de Limitate Va-
tina Utopica quod exstat. T. I. L. 1.

§ 93

Certitudo obiectiva, est possibilitas veritatis in-
ente per se clare et cum conscientia percipiendae.
Seu ens obiect. certum, cuius veritas clare a
quodam cognosci potest. Subiectiva autem certi-
tudo est ipsa conscientia veritatis.

apperceptibilitas, Apperceptere dicimus, quae
cum conscientia percipimus, seu repraesentamus
nobis.

Omne possibile est repraesentabile. Et etiam eius
notae sunt repraesentabiles. Et omne possibile
clare cognoscibile est. Et omne possibile certum est
Et incertitudo obiectiva nihil est. Et nullum ens
in se spectatum, probabile, improbabile, vel du-
bium est Et improbabilitas semper a nostra tan-
tum cognitione dependet; certitudo obiectiva est
fundamentum certitudinis subiectivae.

SECTIO VII.

Perfectum

§ 94

Veteres perfectum confundentes cum con-
suetudine, cum quo tamen minime confundendum
est, perfectum definiabant per id, cui nihil deest,
seu quod habet ea, quae ad ipsum constituendum
necessaria sunt.

No 3

Ad ad perfectionem requirimus s. plura sum-
ta siue sint partes extra se posita, siue minus,
siue tantum eius determinaciones, sic enim non
tantum ad composita, sed etiam simplicia, et speci-
atim Deam, applicari poterit de hinc perfectioni.
2. quae constituunt rationem: non opus est ut ad,
datur sufficientem: s. vnius, seu realitatis. conf.
§. 89. e.g. in horologio deprehenditur consensus.
Si omnia eius varia, i.e. omnes eius partes, et earum
compositio, conspirant ad indicandas horas, earumque
interualla minura.

Hinc quid sit imperfectio patet; scilicet consistit
imperfectio, vel in plurium dissensu ad unum consti-
tuendum, vel in plurium defectuum seu negationum,
apparente consensu, ad constituendum aliquam negati-
onem.

Obs: Consensus sic sumitur generalius, quam ple-
rumque sumi solet, ut nimirum denotet unam eam,
demque sententiam, quam plures tenent.

Hic ce probe obseruatis ad varia dubia facillime res
ponderi potest.

1. ad istud, quod in homine Epicuro et Scelero, in
quo multae et fere omnes actiones consentiunt, ad
eius vitium et infelicitatem finalem constituendam.

2. 1. distinguendo inter perfectionem veram et appa-
rentem. 2. teneas, quae profertuntur §. 129. 141.
Optime vero respondebitur, & in definitione strictioris
adiiciatur vocabulum, realitatem, ad quam plura consen-
tiunt.

11. ad illud, quod in nostra definitione tantum definitur
pulchritudo. 2. pulchritudo est species perfectio,
nis conf. §. 602.

§. 95.

Ne tamen simpliciter conuertatur hic sensus,
ita, ubi est ordo, ibi sunt regulae perfectionis, et
et ubi sit

Perfectionem et ordinem eodem
conceptus inuoluere, quidam
contendunt, quod etiam non
plane denegandum est, & tan-
tum inter perfectionem ordinis
et inter perfectionem rei, cui
ordo inest, discrimen ponitur.

Perfectio sensibus cognita, est
pulchritudo.

et ubi sunt regulæ communes ibi est perfectio.

§. 96.

Si plura simul sumta rationis
unici tantum constituent, per-
fectio simplex est, sin eorum
ad unum, id est ad complexum
multorum consentiant, per-
fectio est composita.

Si plures, Obicitur in omni perfectione ratio
determinandæ, est unum, non plura. R. Confunditur
unum et vni. cap.

§. 111.

Nescimus an ens necessarium sit possibile. R.
posito Sed non concesso, nescire nos an ens ne-
cessarium extra intellectum nostrum. Sit possibi-
le, et posito esse huius entis in mente nostra
concepti, per se contrarium tantum combinatio-
nem ortum, omnia tamen vera erunt, quæ
ex hoc conceptu legitime concluduntur. 2. utrumq;
metu cuiuslibet oppositi omnes excepta tantum
oppositione possibilis et impossibilis est per se
possibile. Ex. etiam necessarium et contingens
erit possibile.

§. 112.

Cum ergo entis necessarii existentia, mens attri-
butis constat, contingens & mul. modis; potest
ens necessarium definir: per ens, cuius exi-
stentia rationem sufficientem habet in essen-
tia, et contingens, cuius essentia non est
ratio sufficientis existentia.

§. 114.

Ex. Veteres recte definebant per id, quod
potest esse aliter.

Dee pluribus ac duobus. Contingentia dupl.
si modo tantum sunt possibilis, quatenus ad
quælibet, determinationis, unicum modo habet
oppositum, dicitur, determinationem. Sicut nega-
tiam, si ipsa fuerit affirmativa. Et affirma-
tiam, si ipsa fuerit negativa; quatenus an
ten.

tem membrum alterutrum oppositum
iter ut conceptus genericus spectari potest
et suas habet sub ordinatas determinatio
nes, externas eas contingens, pluribus mo
dis determinabile est, ac duobus.

§. 119.

Veritas in se contingens, si ergo omnis veritas
necessaria dicitur intelligendum est 1. de
veritate transcendentali, et de veritatibus
Scientiarum universalissimis. 2. vel de ne
cessitate hypothetica.

§. 121.

Obs: 1. Falsum itaq; est Querbum: Super
flua non nocent. Superfluum enim est imper
fectio privative dicta. *Conte. Omne quantum, vestitur in rictum.*

Obs: 2. Cum imperfectione contrarie dicta,
coniuncta semper est privative dicta. Sed
privative dicta, potest sine contrarie dicta
cogitari, quia omnis differens est non con
sensus et v.v. non.

§. 122.

Omnis perfectio hominis mortalis est magi
me contingens, imo omnis perfectio entis
creati & finis, in se contingens est, nec obstat
angelos confirmados in bono et impeccabilitas.

§. 124.

post aliud, Post se existunt, quod uno inter
eunte, alterum oritur.

§. 125.

Mutatuz id, quod non manet idem, aut quod
fit aliud.
Mutatio entis triplici modo cogitari potest
1. Si aliqua determinatio non amplius inest,
quae ante inerat.

2.

Sept. II.
Mutabile et immutabile.
Conceptus mutabilis et im
mutabilis idem est, cum
vno. necessario sit contingens.

*variabile est, quod eorum
mutari potest.*

2. Si ens determinatio inest quae ante n exat
3. Si utrumque.

Simul determinationum eius, mutato em̄. subjecto
in huiusmodi ipsae determinationes mutantur, saltem externe.

§. 127.

Mutabilitas absoluta posset etiam interna vocari, &
Sypothetica externa §. 11. quod tamen cavendum ob §.
126. ne mutabilitas interna & interna periculose
confundantur.

§. 132.

Nec ergo sunt mutabiles in rebus cum voluntate &
omnipotentia divina. Contrarium statuentes, aut
contradictionem admittunt, aut confundunt essentiam,
quatenus est conceptus abstractus, cum essentialis res
& possibilium. Nec ergo quod agens se deo, quod non
non creaverit bestiam, id quod nonnulli praecipiant:
homo enim non potuit creari bestia, etiam si bestia,
loco hominis potuisset creari.

§. 133.

qua omnes suas relationes Ep. Deus salva immu-
tabilitate essentiae et existentiae, mutabilis dici
potest, quoad relationes

§. 134.

Ens necessarium potest definir, per ens, cuius caetera
na est attributum.

§. 135.

tollit. Posita negatione non A, tollitur realitas A
sen tollitur. Si negatio illam ipsam determinationem
negat, quam realitas ponit. Posita autem negatione
non B, realitas A non tollitur, nisi A et B sit idem
Ep. possunt esse realitates et negationes in esse. Ep. po-
sita negatione semper tollitur quaedam realitas, et
non Ep. ens reale non qua tale, sed diverso respectu,
est etiam ens negatum, et ens negatum redupli-
catur non sunt, est etiam ens reale.

De reali. Sec. III.

Ob. Entia realia, et negativa non ipsas realitates
8

negationes, ego dicere mallet, sed entia quibus realitates, vel negationes insunt

§. 136.

mere negativum, Cum hoc non confundendum est abstractum, in quo nihil praeter negationes ponitur nec abstractionem esse ponitur Mathematicum. Deo terea maxime inconsiderate loquuntur, qui Deum tanquam ens mere negativum corrigi volunt, seu in quo nihil praeter negationes possunt concipi: cum tamen inferius pateat, nullam in Deo esse negationem.

§. 137.

Ens, cui nulla inest negatio est ens realissimum, seu perfectissimum, negatio stricte dicta, potest esse definita, nec negationem quae rationem huiusmodi enter habet in essentia: quae est essentiale vel attributum, quae minus s. quae minus est, est privatio. Ceterum praestat haec distinctio in Philosophia moralis, quia negationes stricte dictae, nunquam, sed tantum privationes, et plerumque immunditate acquirere imputari possunt.

§. 138.

internae Privationes externae entis necessario s. ipsi Deo competere possunt, non vero internae s. e.g. Deus, ante creationem mundi, non fuit sustentator, pater etc. Quod privatio, sed tantum externa est. s. quis est, quem offenderent quae ad §. 133. et hunc annotando, de negationibus Deo dicta sunt, vel aeternitatem mundi defendat, vel capiat ubi distinctionem inter realitatem absolute et respectualem. Realitas absolute talis est, quae in se spectata est determinatio vere affirmans, e. c. infinitudo. Realitas autem respectiva est, quae in se spectata est negatio, sed sub certis circumstantiis, et in certo subiecto fieri potest realitas e. c. non creare in Deo ante mundum conditum

Sunt realitas hypothetica

§. 139.

In quo ergo omnia consistunt ad vnam realitatem, in eo non sunt negationes. Nec obicitur negum vni versalem: in eo enim entia negativa non spectantur, reduplicative. Sed entia quibus insunt negationes, sunt in nexu cum realitatibus, quae realitates, in vero qua negationes. Atque ergo non potest peccat qua tale consistere ad perfectionem mundi.

§. 140.

Si putas, rationem, naturam, quae est realitas, consistere ad negationes, e. g. errores, peccata, quia sic est corrupta negatur antea, in syllo. de syllogismo deo.

§. 141.

accidentibus, ne confundat perfectio accidentibus cum ea, quae accidens seu modus est. Haec quidem modus, semper accidentibus est, sed non n. v.

§. 142.

Interdum malum t. pro ipsa imperfectioe et pro ratione imperfectiois sumitur. Malum semper negatum est.

Obs: 1. In malo metaphisico, mala contingenti rationem suam habent.

2. Mala physica habent dicta sub se comprehendunt physica strictius dicta et moralia

§. 143.

Eas singulare vocatur individuum, non quod indivisibile simpliciter est sed quia respectu numerus de terminati onum in ente singulari nulla divisio cum habet. n. e. nihil potest dari et tolli. Numerus enim praedicatorum in omnibus individuis plerumque est.

omni modo determinatio. Si putas, mere possibilium et universalia per hanc rationem etiam esse omnimode determinata quia saltem negati vni praedicatorum

catur ex duobus oppositis possibilis conveniet: non co-
 gitas, oppositum etiam prædicatum affirmativum in
 possibile: seu un. verfal. neque esse possibile Ep. ad esse qui
 det. determinabili tatem, nondum verò determinatio-
 nem actualen.

§ 150.

Similitudo individuum ab H. Wolf alijsq; vocat
 Species, et similitudo specierum genus; Quam verò si-
 militudo sit tant quantitas identitas §. 70. non satis
 accurate ergo ita definitur, & quidem etiam equali-
 tas: s. identitas quantitatis individuum species
 quoddam constituere solet. e. c. Species prædicorum
 librorum in folio etc. Accuratus itaq; species definit
 per identitatem individuum, hinc tam sit identitas quan-
 titatis s. quantitatis; et genus est identitas specie-
 rum. Identitas generis inferior constituit genus hi-
 perius.

§. 150. 1st.	A = Eps	Genus Summum
	AB Substantia	Genus Superius
	ABC Animal	Genus Intermedi- um
	ABCD Homo	Genus Inferius
	ABCDE Eruditus	Genus Infim- um
	ABCDEF Philosophus	Species
	ABCDEFG. L. D. Chrst. de Wolf.	Individuum.

Obs. I. Notiones Generum et Specierum sunt re-
 lativæ i. e. vana idemq; ens, respectu cui ergo potest
 dici vel genus, vel species, vel genus superius.
Obs. II. Falsa est illa regula logica, bona definitio
 constet genere et differentia specificâ. Dantur enim
 definitiones 1) quæ non constant quæ qualis est
 definitio generis summi entis. 2) quæ non constat
 differ. specif. qualis est definitio generis et omnium,
 generum, quæ talium. 3) quæ neq; genere neq;
 diff. specif. sed specie et differ. numerica constat
 e. c. definit. diluvii Noach. et lapsus Adam;

Obs. III.

Obt. III. Si definitio constat genere, consueto proximo §. 153.

Hic intelligi et dici potest controuersia illa, quae Stoicos inter et Aristotelicos; ac deinde inter Scho-
lasticos: quod alii nominales, alii reales nomi-
nabantur: quae agitata fuit. Disput. scilicet est, num om-
nia uersalia sunt res, an mera nomina? si per res
idem intelligi uolunt, quod nos uocamus individua,
omnimode determinata, statim apparet, uersalia
hac rebus non posse annexari, et si per nomina
hoc significatur, quod uersalia plane non, ac
quidem etiam in intellectu nostro per abstractionem
existere possint; nec uersalia sunt mera nomi-
na. si autem in reate dicuntur, quod aliquo modo de-
terminatur; utique inter res ipsa uersalia
referri possunt.

§. 154.

Ergo dict. de O. et N. uerissimum quidem et uerum
satis principium est, uentiquam uerum pro fundamen-
to omnium Syllogismorum haberi potest.

§. 155.

Obt. I. Definitio totius generalior est, et non tantum
totum physicum, sed et logicum sub se comprehendit,
scilicet per partes non modo extra partes, sed quous
varia simul sumta unum constituentia, intelliguntur.

Obt. II. Totum et partes diffrangi debent ab integro et
multo. Integrum est id, quod habet omnes partes requi-
sitas; multum, quod non habet omnes part. requisitas.

§. 156. 157.

Obiect. Partes sunt aequales toti, Ergo $1+2+3+4=5$,
quod absurdum. si haec partes potentiales possint
pro actualibus: totum autem aequale est partibus actua-
libus, non potentialibus.

$1+2+3+4$, secundum
regulas arithmeticas
addita, constituentur 10,
et tamen omnes hae con-
ueniunt partes ~~tantum~~ suae
de 5. sed si sumis pres-
tem aliquam semper
necesse est, ut ad consti-
tuendum totum etiam
sumas complementum
ad totum.

§. 158

Quare illis responde-
tur, qui obiecerunt
monades esse totum,
ut etiam minimum,
licet impossibile sit
quod habeant partes.
R. non intelliguntur
hic tantum partes
extra partes, sed etiam
quae uer. sum. sumta
unum constituentur.

§. 158.

Hinc intellige distinctionem spirituum in completos et incompletos: priores veteribus erant spiritus, qui non simul anima sunt; spiritus autem cum corporibus archissime coniuncti incompleti vocantur. Hodie haec distinctio non magni momenti est, quia praeter Deum nullum spirituum completum statimad.

§. 159.

Magnitudo a numero ita differt, ut in illa plura non a se invicem ita distinguantur, ut tanquam separata spectentur, in hoc autem ita spectantur. Ex. ex magnitudine distracte concepta omni unum.

§. 160.

Confect. l. ubi maius est, ibi est minus, et vice versa. Idem maius et minus esse potest diversis respectibus: notiones enim maioris et minoris sunt relativae.

§. 161.

